

BIBLIOTHEQUE  
DE SENKOTVIL

CS

LIBRUM SAS

DE MAGNIS

CONIUNCTIONIBUS

&



AUGUSTAE  
INDELICORUM  
1489



LIBRARY


18

LIBRARY

LIBRARY


LIBRARY

LIBRARY






cm  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22



cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16







cm  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16






cm  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22



cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16







12/30

20/31

~~De la vie de l'abbé de la Roche~~

on voit au Catalogue de l'abbé de la Roche en 1786.  
 p. 80 — N° 2409 que l'édition de cet ouvrage  
 Venetien 1515 p. 4. joint avec un autre ouvrage  
 intitulé = introduction à l'astrologie en Albanais  
Abelache imprimée Venetien 1506 p. 4. antique  
 avec fig. — en bois y fut vendue par la vente de 47. 19  
 — sur tout l'on consulte Dict. Bibliogr. par  
 Cailleur T. 1. article Albanais p. 21 — l'on consulte  
 le Dict. Bibliogr. p. 100 — article p. 9 col. 1<sup>re</sup> et  
 l'article Albanais

15  
3. E. 789. 4.





12 ff 28

Q. 789<sup>A</sup>

Albumasar de magnis coniunctio,  
nibus:annorum reuolutionibus:ac  
eorum profectionibus:octo conti-  
nens tractatus. 1489.

*M. S. Albumasar*  
*1489*





cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is faint and difficult to decipher but appears to be organized into several lines.

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16



Hic est liber indiuiduorum superiorum in summa de significationibus super  
accidentia que efficiunt in mundo: de presentia eorum respectu ascendentium  
inceptionum coniunctionalium et aliorum Et sunt octo tractatus Editus  
a Zaphar astrologo qui dicitur est Albumasar: ad laudem dei gloriosi.



Tractatus primus qualiter aspicitur ex parte coniunctionum  
apparitio prophetarum et eorum qui principant successorumque  
eorum: et sunt differentie quatuor. **T**Secundus tractatus in summa  
de rebus vicis et mutatione earum: esse quoque regum et successorum  
eorum: et sunt octo dies. **T**Tractatus tertius est in qualitate scie  
ntificationum coniunctionum planetarum et complexionum vel  
permixtionum eorum ad vicem in revolutionibus annorum: et sunt  
sex differentie. **T**Tractatus quartus in qualitate significationum signorum cum fuerint  
ascendentia inceptionum quorum memoriam promissimus et puenerit perfectio  
annorum ad ea ex aliquo ascensionum inceptionum predictarum vel locis coniunctionum  
et sunt. 12. dies. **T**Tractatus quintus in qualitate scientie proprietatis significationum  
planetarum singulariter cum fuerit eis almutez. i. cum habuerit dominum super  
ascendens alicuius inceptionum: aut fuerit eis altechodela vel algerbutaria: et  
cum fuerit in directo cursus septentrionis vel meridiei: stellarum quoque comas  
hystium ad cetera signa secundum complexionem: et sunt septem dies. **T**Tractatus sextus  
in qualitate accidentium inferiorum que accidunt a vestigijs indiuiduorum  
superiorum in revolutionibus annorum ex ea parte que feruntur super seinuicem:  
et sunt. 12. differentie. **T**Tractatus septimus in qualitate scientie significationum  
signi perfectionis: aut alie ascensionum revolutionum annalium cum conuenerit  
vni eorum aliqua domus ex domibus alicuius positionum ascensionum inceptionum  
precedentium siue coniunctionum: aut cum fuerit directio vel aliquod indiuiduorum  
superiorum in eo: aut aliqua ex diuisionibus revolutionalibus super accidentia  
inferiora: et sunt. 12. differentie. **T**Tractatus octauus in summa de qualitate  
scientie significationum indiuiduorum superiorum super accidentia inferiora ex parte  
profectionum annorum et coniunctionum earumque succedentium: et sunt. 12. dies.  
**T**Tractatus primus qualiter aspicitur ex parte coniunctionum apparitio prophe  
tarum et eorum qui principant successorumque eorum: et sunt quatuor differentie  
**D**ifferentia prima in promissione inceptionum vniuersalium multarum utilitatum  
**D**ifferentia secunda in scientia signi fortioris ex signis triplicitatum coniuuncti  
onalium et apparitione significationum eorum in partibus sibi pertinentibus.  
**D**ifferentia tertia in qualitate scientie coniunctionum significationum natiuitates  
prophetarum et violentiarum eorum scilicet qui principantur: et mores eorum atque  
facturas: signa quoque que fuerint in eis: signa etiam vel prodigia prophetie eorum:  
tempus quoque apparitionis eorum: et quantitatem annorum ipsorum. **D**ifferentia quarta  
in scientia decretorum eorum et legum et indumentorum eorum siue equitatum.





**D**ifferentia prima in pmissione inceptionu vniuersaliu multaru vtilitatu.



**S**cientia indiuiduorum significationum circularium super effectus inferiores accipit a motibus naturalibus: eo quod sint sensui proprios significationibus indiuiduorum superiorum. Cum enim motus naturales non excedant tres diuisiones: consideratus est ordo nexus circularum planetarum: et proprietas motuum eorum volubilitatem. Ergo ille diuiduntur in tres diuisiones: quarum prima est planetarum altiorum ordinatorum super luminare maius: et secunda diuisio est luminaris maioris: tertia vero diuisio est planetarum inferiorum qui sunt positi infra luminare maius. Relata est itaque vnaquaeque diuisio indiuiduorum altiorum ad vnaquamque diuisionem motuum naturalium fortitudine affinitatis earum ad illas: et propter successionem effectus impressionum earum in mundo generationis et corruptionis. Et cum primus motus naturalium moueretur super medium, motus autem secundus moueretur a medio, et motus tertius moueretur ad medium. Relata est prima diuisio planetarum altiorum et effectus eorum ad motum primum naturalium qui est super medium propter eius altitudinem: et propter proximitatem eius ab eis: et longitudinem eius a motu naturali. Tertio qui est ad medium facta est ei ex parte signatio super rem plixi temporis propter affinitatem eius cum motu primo et proximitatem eius motui. Relata est igitur ad longitudinem planetis superioribus ei mundo generationis et corruptionis qui est saturnus: signatio super res inceptibiles ut sunt vices et quicquid fit in temporibus plixis: eo quod est ea inceptio preteritis indiuiduis circularibus in sublimi. Et relata est ad planetam succedentem eum in ordine nexus qui est iupiter: signatio almauenu atque de terra horum filia que sunt perfectiones finium omnium inceptionum precedentium. Relata quoque est ad tertium planetam in ordine nexus qui est mars: signatio super bella et victorias et horum filia que sunt quasi descensiones et veluti diminutiones exitus rerum et finis earum: quia fines rerum signant solutionem earum in incipit: post perfectionem earum et destructionem nexus earum atque ordinis: dum per accidentia harum rerum fit diminutio summatum: victorie enim et anteriores ducentes ad bella et necessitates sunt debite nexi harum rerum trium et alligationum earum adinuicem: et illud est cum defuit vnum ex his cum pertingeret diminutio perfectione vtriusque aliarum rerum secundum quod decet res naturales ex his tribus rebus que sunt atque perfectio inceptio et descensio. Quia bella que maxime non fiunt nisi causa almauenu: et almauenu non erit nisi precellentia vicium atque sectarum: et cum iteque ordinate fuerint he res per conuersionem erit res necessaria ad alligationem nexumque earum: quia non erunt vices et secte nisi per almauenu que maxime nisi per bella: quia ex sectis et vicibus atque almauenu accidunt quedam corruptiones quarum causa accidit multitudo diuersitatum: et cum multiplicata fuerint diuersitates accidit incomunicatio: et cum acciderit incomunicatio accidet bella: propter hanc causam ergo relate sunt he res tres ad planetas superiores et facti sunt veluti principia his que eos succedunt ex significationibus secundis.





**A** relatū est luminare maius et eius effectus ad motū secundū naturalē qui est a medio propter proximitatē eius affinitatis cum eo quod sit in diuisis circularib⁹ mediū in ordine: et quod res que referunt ad eum sint mediū inter motū primū atq; terciū et secundū: et propter equalitatez eius mor⁹: factaq; est ei signio sup reges et violentos eo quod fortius sit ei pprietas inesse diuisionuz prime scz et scde qđ ceteris narrabim⁹ differentijs. ¶ Relata sunt quoq; planete inferiores et eoz effectus ad motū terciū natalium inferiorē qui est ad mediū propter propinquitatē eorum de motu terciō et longitudinē eorum a motu natali: primo qui est sup mediū: factaq; est eis ex hac parte significatio sup effectū dierum breuium propter affinitatez eozū cum motu terciō et propter velocitatez motus eoz: facteq; sunt diuisiones trium planetarū inferiorum et sequentes diuisiones primoz in signione propter magnitudinē necessitatē diuisionum primarum ad eas et alligationez earum cum eis. ¶ Relata est igitur ad altiozez inferioribus planetis qui est ♀: significatio sup coniugia et indumenta et his similia eo quod sit affinis diuisioni prime super inceptioes. Et relata est ad planetam succedentē eam in ordine qui est ♄: significatio super scripturas et numerum et his similia: eo quod sit affinis diuisioni secunde significanti perfectiones. ¶ Relata quoq; ad planetaz terciū succedentē eū in ordine qui est ♃ significatio sup motū et mutatioes atq; peregrinatioes et his similia: eo quod sit affinis terciē significanti descensiones atq; diminutioes. ¶ Et non relate sunt he significationes ad hos tres planetas nisi causa necessitatis ciuiliū atq; sectarum ad coniugia atq; indumenta eo quod natura ingerit eis hoc et propter necessitatem alnauemuz que sunt conductiones et leges ac scripta et numerus. Quia non perficitur eius adeptio nisi per scripturam: et non ordinatur ordo eius temporum nisi per numerum et propter necessitates bellorum ad peregrinationes inferiores eo quod sint veluti secundarij propter coniunctionē eorum cum esse primo. Et necessitatem eiusdez esse ad eos in futuris partib⁹ accipiantur a sex principijs vel materijs. Quoz primum est ex parte positionum et indiuiduoz altiorum apud ascensiones reuolutionum annorum in quibus accidit coniunctio duorum planetarū altiorum in signo mobili vernali que fit in omnibus .960. annis solaribus. Et secunduz est ex parte positionum indiuiduoz altiorum apud ascensiones reuolutionum annorum in quibus accidit mutatio coniunctionis a triplicitate in triplicitatem que fit in omnib⁹ .240. annis solarib⁹. Et terciuz ex parte positionum indiuiduoz altiorum apud ascensiones reuolutionū annorum in quibus accidit coniunctio duorum infortuniorum scz ♄ et ♃ in ♄ et ex parte coniunctionis eorum in eo accidenti in omnibus .30. annis. Et quartum ex parte positionuz indiuiduoz altiorum apud altiores ascensiones reuolutionum annorum in quibus accidit coniunctio eorundē.



In omni signo que accidit in omnibus. 20. annis. ¶ Et aliquando augētur  
āni coniunctionis eorum in capite  $\Upsilon$  et in triplicitatibus et in vnoquoque signo  
et minuentur: et hoc fit quia cum  $\text{H}$  et  $\text{Z}$  quando coniuncti fuerint per mediū  
cursum suum in inicio alicuius signi triplicitatis erit coniunctio eorum: postea  
super summitatem arcus cuius quantitas erit. 242. graduum. 25. minutorum.  
3. quoque secundorum et. 10. tertiorum et. 6. quartorum: et non augentur in  
vnoquoque signo qui iunguntur super illud quo iuncti fuerint in primo signo  
nisi. 2. gradus et. 25. minuta et secunda. 10. quoque tertia et. 6. quarta: erunt  
quoque coniunctiones eorum in signis triplicitatis secundum hunc modum. 12. erit  
quoque hoc ex tempore plus ea quantitate quam diffiniuimus: et maxime si fuerit con-  
iunctio eorum in inicio alicuius signi triplicitatis ad quem mutantur min<sup>9</sup>  
54. minutis: quia tunc iunguntur in eadem triplicitate tredecies: si non fuerit  
coniunctio eorum in inicio alicuius signorum triplicitatis plus. 56. minutis  
et. 33. secundis. 18. quoque tertijs et. 48. quartis iungentur in eadem triplicitate  
duodecies: et quando iuncti fuerint in vna triplicitate duodecies et in alia  
tredecies erit coniunctio eorum in duobus triplicitatibus. 25. vicibus: erunt  
quoque coniunctiones eorum in triplicitatibus. 50. et erunt inter coniunctionem  
et coniunctionem. 9. anni et. 3. dies et. 14. hore et. 23. minuta et. 37. secunda et  
18. tertia et. 6. quarta et. 48. quinta per annos medij cursus  $\odot$  qui sunt. 365.  
dies atque in introitu quarte in hoc. ¶ Cum multiplicauerit has. 50. coniu-  
nctiones in eo quod est inter coniunctionem et coniunctionem ex temporibus et  
eorum fractionibus perueniet hoc ad. 960. annos: augenturque super hoc quod  
prediximus ex quantitate temporum ex eis tertium ab hora coniunctionis  
eorum in capite  $\Upsilon$  usque in horam reuersionis eorum ad eum. Cum iuncti fu-  
erint in triplicitate duodecies peruenit eorum coniunctio ad. 29. gradus et  
3. minuta et. 26. secunda et. 1. tertium et. 12. quarta. Erit quoque quod reman-  
serit usque in perfectionem. 30. graduum quod infra eum iuncti fuerint in minori  
illo necesse erit ut iungantur tredecies: cuius rei exemplar est coniunctio que  
fuit in principio signi  $\text{S}$ . Cumque additum fuerit super hoc quod est inter con-  
iunctionem et coniunctionem ex gradibus et eorum fractionibus secundum quod di-  
ximus cadet eorum coniunctio in duos gradus signi  $\text{X}$  et. 25. minuta et. 17  
secunda et. 10. tertia ac. 6. quarta. Et quando additum fuerit super has quod  
est inter coniunctionem et coniunctionem ex gradibus et eorum fractionibus  
cadet coniunctio eorum in. 7. gradus  $\text{S}$  et. 15. minuta et. 51. secunda et. 30.  
tertia ac. 18. quarta. Et si addatur super hoc quod est inter vtrasque coniu-  
nctiones ex gradibus et eorum fractionibus cadet coniunctio eorum in. 9.  
gradus  $\text{X}$  et. 4. minuta et. 4. secunda et. 40. tertia et. 24. quarta. Et si addatur  
super his partes quod est inter vtrasque coniunctiones ex gradibus et eorum  
fractionibus cadet coniunctio eorum in. 12. gradus  $\text{M}$  et. 6. minuta et. 25.



secūda 7. 50. tertia ac. 30. quarta. **Q**uod si addatur super has partes quod est  
 inter vtrasq; coniunctiones ex gradibus 7 eorum fractionibus cadet con-  
 iunctio in. 14. gradus  $\text{♁}$  et. 33. minuta et. 43. secunda et. 0. in tercijs ac. 36.  
 quarta. Et si addatur super has partes qđ est inter vtrasq; coniunctiones  
 ex gradibus 7 eorum fractionibus cadet coniunctio eorum in. 16. gradus  
 $\text{♁}$  7. 5. minuta 7. 0. in secundis 7. 10. tertia 7. 42. quarta. Et si addatur sup  
 has partes qđ est inter vtrasq; coniunctiones ex gradibus 7 eorum fractio-  
 nibus cadet coniunctio eorū in. 19. gradus  $\text{♁}$  7. 22. minuta 7. 19. secunda  
 20. quoq; tertia. 44. quarta. Et cum addituz fuerit super has partes quod  
 est inter vtrasq; coniunctiones ex gradibus 7 eorum fractionib<sup>9</sup> cadet con-  
 iunctio eorum in. 21. gradum  $\text{♁}$  7. 47. minuta 7. 34. secunda 7. 30. tertia et  
 54. quarta. Lunq; additum fuerit super has partes quod est inter vtrasq;  
 coniunctiones ex gradibus et eorum fractionibus cadet coniunctio eorum  
 in. 24. gradus  $\text{♁}$  7. 13. minuta 7. 51. secunda 7. 41. tertia 7. 0. in quartis. Et  
 si addatur super has partes est inter vtrasq; coniunctiones cadet coniunctio  
 eorum in. 29. gradus  $\text{♁}$  7. 3. minuta 7. 26. secunda 7. 1. tertium ac. 12. q̄rta  
**¶** Jamq; perfecte sunt. 12. coniunctiōes: sed nondum finita sunt signa scz  
 illius triplicitatis: significauitq; hoc qđ adhuc sit eis coniunctio tredecima  
 in hac triplicitate. Lunq; addituz fuerit super has partes quod est inter v-  
 trasq; coniunctiones cadet coniunctio eorum in. 1. gradū  $\text{♁}$  7. 28. minuta  
 7. 43. secunda 7. 11. tertia 7. 18. quarta. Eritq; cadens coniunctio in partes  
 signi decimi a quo incipiemus: 7 erit mutatio eorum ab aquaticis in ignea  
 cum debuerit iunitari ad  $\text{♁}$ . Sed cum debentur ei duodeci coniunctiones  
 mutati sunt ad signum decimum quod est ex triplicitate ignea. Lunq; ad-  
 ditum fuerit super hoc qđ vadunt in duodecim coniunctionibus .i. 29. gra-  
 dus 7. 3. minuta 7. 26. secunda 7. unum tertium ac. 12. quarta mutabuntur  
 ad  $\text{♁}$  succedentem  $\text{♁}$ . Eritq; coniunctio eorum in. 22. minutis ex eo et. 9.  
 secundis 7. 12. tercijs ac. 30. quartis. Et quādo iuncti fuerint in triplicitate  
 tredecies iungunt in signo decimo ab eo quo iuncti fuerant. Si vero iuncti  
 fuerint in triplicitate duodecies iunguntur in scđo ab eo quo iuncti fuerāt.

**S**cientia autē quantitatis dierum qui sunt inter vtrasq; coniu-  
 ctiones est vt aspiciatur quantitas orbis  $\text{♁}$  ex gradibus in.  
 36000. annis qui sunt. 13314. gradus. Orbis quoq;  $\text{♁}$  in hoc  
 qui sunt. 3052. gradus: minuatq; minor orbium de maiori  
 et remanent. 18138. gradus: diuidantq; sup hos dies. 36000  
 qui sunt centum triginta vnum millia milium et qudraginta dies: eritq; hoc  
 figuras indicās. 13143240. eritq; qđ exierit tempus quod est inter vtrasq;



coniunctiones: multiplicentur quoque dies coniunctionis et partes eorum in  
quod vadit h in. 36000. annis et diuiserimus super dies. 36000. annorum  
exibit de hoc gradus arcas et super actiones eorum que sunt inter utrasque  
coniunctiones: et hoc est fm qd diximus. 242. gradus et. 25. minuta et. 17.  
secunda et. 10. tertia et. 6. quarta. Quintum est ex parte positionum indivi-  
duorum altiorum apud ascensiones temporum in quibus sunt inceptions  
coniunctionales aut impletionales precedentes ad directum lunaris ma-  
ioris in puncto capitum signorum mobilium: et in tempore scilicet quo fuerit  
directio eorum. Et sextus ex parte positionum individuorum altiorum apud  
ascensiones temporum in quibus fuerint inceptions coniunctionales vel  
impletionales precedentes ad introitum luminari maioris capita signorum  
et in tempore scilicet quo fuerit in directo puncto capitum eorum. **P**osita autem  
est consideratio in presentia unius horum ipsorum que diffiniuimus ad a-  
scensiones ipsorum temporum et ad situs individuorum altiorum in eis ad  
omne esse naturale atque accidentale de eorum essentia: et de luna atque de  
circulo: et extractio signis eorum ab almubtez super loca capitalia et quan-  
tatis significationis eorum: sed id quod nituntur significationes ex hac signi-  
ficatione. Deinde consideratio harum radicum sex que diuiditur tribus  
diuisionibus. Una scilicet cui proprium est esse vniuersale vt est proprietas signi-  
ficatorum inceptions significantium tempore coniunctionis utrorumque al-  
tiorum in  $\gamma$  et in tempore coniunctionis eorum dum mutatur a triplicitate  
in triplicitatem in rebus vniuersalibus vt sint de luna et vites et secte et his  
similia. Secunda proprietas est quedam partes ipsarum vniuersalium vt  
proprietas significatorum coniunctionis utrorumque infortuniorum in  $\ominus$ :  
et coniunctio utrorumque altiorum in ceteris signis inesse sublimatorum ex  
regibus scilicet et nobilibus in eodem profectu. Tercia vero diuiditur pluribus  
diuisionibus in qua participantur ceteri significatores super partes partium  
ipsarum vniuersalium vt participatio significatorum annorum et quartarum  
atque mensium super esse hominum aeris atque ceterorum effectuum aliorum  
fertilitatem quoque et penuriam: et cetera his similia: participatur quoque his  
significationibus dominis orbis: hoc est vt aspicias tempore mutationis secta-  
rum et vicium ponetur ipsa hora inceptio temporum quorum quantitas erit  
fm quantitatem graduum circuli: et ponetur dominus orbis planeta ad quam  
puenerit numerus ex domino orbis coniunctionis significantis diluuium vel  
coniunctionis que fuit in capite  $\gamma$ : et ponetur ei inceptio in dispositio ipsorum  
temporum: deinde diuiduntur ipsa tempora: quartas ad instar quartarum anni  
et ponetur vnaqueque quarta eorum quoddam inicium pro causa cuiusdam  
accidentis ex corruptionis tempore expletionis vniuscuiusque quartae quar-  
tarum in sectis atque regnis vel corruptio esse aeris: et diuersitatis eius qua-  
litatis tempore mutationis luminaris maioris a quarta in quartam: et po-



neq̄ dñs orbis significator prime quarte que est .90. annoꝝ ⁊ quarte secun-  
de erit planeta ad quē peruenit orbis a dño quarte prime participetq; ei  
dñs quarte prime ⁊ exerceat res in significationibus quartarū fm̄ hunc mo-  
dum vsq; in expletionē eoz. ¶ Cuius rei exemplar est q̄ coniuñctio que si-  
gnificauit diluuiū fuit ante cōiunctionē significantē sectarū arabū p. 3950.  
annos ⁊ p̄fuit illi orbi saturnus cum signo cancri ⁊ fuit diluuiū postea per  
279. annos: erit ergo inter primū diem anni diluuij ⁊ primū diē anni in  
quo fuit cōiunctio signis sectam arabum. 3671. anni ⁊ iam narratū celestis  
tentemz: talij extra euz q̄ inter creationē ade ⁊ noctē diei veneris in qua  
fuit diluuiū fuerint anni. 2226. ⁊ mensis vnus ⁊ .24. dies ⁊ .4. hore. eritq;  
fm̄ hunc modū inter creationē ade ⁊ primū diē anni in quo fuit coniuñ-  
ctio significans sectam arabum. 5897. anni mensis vnus ⁊ .23. dies ⁊ .4. ho-  
re. Cūq; diuiserimus annos qui sunt inter coniuñctionē diluuij ⁊ coniuñ-  
ctionē significantē sectam arabum per. 360. inceperimus proijcere ab arie  
te perueniet annus ad pisces. Rursus si diuiserimus per. 360. ⁊ acceperim⁹  
vnicuiq; orbi signum vnum ⁊ proijciemus a signo disponēte qđ fuit orbis i  
eodē tempore q̄ est signum cancri perueniet orbis in cōiunctione signifi-  
cātem sectā ad geminos: ⁊ si dederimus vnicuiq; planete orbem ex orbibus:  
⁊ ceperimus proijcere a planeta cuius est orbis in cōiunctione significante  
sectam pueniet numerus ad venerē. Si proijcerimus quoq; ab ascendente  
coniuñctionis q̄ fuerit in capite arietis vnicuiq; gradui vnus annū pueniet  
in cōiunctione significante sectā ad. 20. gradū pisciū ⁊ fuit almuta; sup̄ do-  
minū orbis ⁊ super dñm ascendētis ac dñs signi cōiunctionis maioris: erit  
ergo dispositoz quarte prime que est. 90. annoꝝ ab inicio cōiunctionis signi-  
ficantis vitē arabum: ⁊ quarta secūda erit solis tertia quoq; quarta mercurij:  
⁊ quarta saturni ⁊ hoc fm̄ dñm planetarū super dñm orbis ⁊ sup̄ ascē-  
dens ac signum coniuñctionis ⁊ fm̄ participationē eoz euz domino orbis  
primo qui est venus. Et aliquādo cōiunctio aspiciē que fit in expletioē vni⁹  
cuiusq; quartarū quarum narrationē premisimus ⁊ nō cōsideret vtrum p̄-  
cedat vel succedat ⁊ ponat vna radicem quas prediximus. ¶ Et aliquādo  
ponit dñs ascendētis anni in qua fuerit coniuñctio significans euentus se-  
ctarū ⁊ viciū significator prime quarte que ē. 90. annoꝝ ⁊ dñs decimū signi-  
ficator secunde quarte: ⁊ dñs. 7. significator tercie quarte: ⁊ dñs. 4. signifi-  
cator quarte quarte hoc est ecōtrario illi⁹ q̄ cōsuetū est fieri in prima diuisio-  
ne. ¶ Et aliquando ponit signum ad quod puenit profectio anni duz mu-  
tat vis significator nature ciuium eiusdem vitis: ⁊ eorum habitus atq; in-  
dumēta ministroꝝ quoq; eoz vel pedisequoꝝ: ⁊ dñs signi pfectionis signifi-  
cator tempoz ⁊ fortitudinis eoz ⁊ participet cum eo dñs quarte. ¶ Et ali-  
quādo ponit dñs ascendētis vniuscuiusq; quarte que est. 90. annoꝝ: ⁊ dñs  
eiusdē quarte. ¶ Apparet aut vnicuiq; profectio ex ascensionibus horuz



tempoꝝ & ex locis cōiunctionū plures significationes sup̄ aliquā specierū in  
qua erit sibi pprietas p̄ ceteris. Sicut apparet significatio p̄fectionis ab as  
cendente cōiunctionis que fit ī ariete super res vniuersales atq; generales  
vt sunt diluua & terremotus & pestilētie & his filia: & sicut apparet signū p̄  
fectionis a loco cōiunctionis & eius dño que fuit ī ariete signū super hoc q̄  
accidit in ceteris vicibus brenibus in quidē tempibus & in quantitate vite  
cuiū eoz: & quicqd fuerit ex eis dedimus ad res vniuersales sicut signū p̄  
fectionis ab ascendēte secte & a signo cōiunctionis secte & dñis eoz appa  
ret signū super hoc q̄ accidit in sectis: & sicut signū p̄fectionis ab ascenden  
te vicis & a signo cōiunctionis vicis & dñis eoz apparet significatio super  
hoc q̄ accidit in eis vicib⁹ regis regum secte & signo p̄fectionis cōiunctionis  
triplicitatis & dño eius super hoc q̄ accidit in ipsa eadē vice: & sicut a signo  
p̄fectionis ab ascendēte cōiunctionis que fit in eo reuolutionibus annali  
bus & a signo cōiunctionis & dñis eoz apparet significatio sup̄ hoc q̄ acci  
dit ī quibusdā domesticis q̄ sublimant in eadē cōiunctione. ¶ Quā ergo fue  
runt hec signa illuminata a fortunis: aut fuerit dñi eoz fortuna vel fortuna  
ti significant fortunā ī oibus illis rebus que significant p̄ eos. Si aut fuerit  
oriētales significant apparitionē signū eoz & velocitatē effectus ei⁹. ¶ Et  
si fuerit angulares significant fortitudinē & salubritatē eoz q̄ si fuerint me  
diocris esse significant mediocritatē ī hoc. ¶ Et si fuerint ecōtrario huic q̄  
diximus de fortuna & oriētalitate & angularitate atq; fortitudine signū ma  
lignitatē ipsarū rerum & vtilitatē earū atq; tarditatē eius effectus debilita  
tem quoq; & deiectionū atq; impedimēta earū: & fuerint ipsa tempora ex tē  
poribus significantibus recessionē alicui⁹ specierū erit quod narrauim⁹ ex  
fortiorib⁹ iudicijs in abscissione eius t̄pis & annulatione eius. ¶ Exercēt  
forsitan in ceteris annis dñi orbū & p̄fectionū fm̄ modum directionis ab  
ascendētibus inceptionū: & a locis cōiunctionū ad vnūquodq; signū annū  
vnū fm̄ successionē signoz. ¶ Et aliquādo dirigimus a gradu ascendētis  
mutationis triplicitatis ad vnūquēq; gradū annū vnū. Itē aspiciunt dñm  
eiusdē termini in quo fuerit diuisio ponimusq; eum diuisioꝝ & aspiciunt  
radios fortunaz & infortunaz existētes in gradib⁹ diuisioꝝ & iudicam⁹ fm̄  
hoc: aliquādo aspiciunt signū ad qd̄ puenit p̄fectio anni mūdi ab ascendēte se  
cte: & diuidit in .12. partes significantq; p̄ primā diuisionē fm̄ naturā signū &  
dñi eius significationē: & p̄ diuisionē secūdā fm̄ signū quod eum succedit  
& eius dñm & exercet hec dispositio donec veniat ad nouissimū signozum.  
¶ Et quociēscūq; puenerit directio ab aliquo locoꝝ quez diffiniuimus ad  
radios planete ex radijs sez existentibus in anno cōiunctionali significa  
bit hoc euentū eius q̄ significauit in annis cōiunctionis. Si aut fuerit hoc  
in hora mutationis p̄fectionis erit hoc significatio effectus eius quez p̄  
misit annis p̄fectionis per ipsum planetā ad cuius radios peruenerit: &



sit si fuerit radius ad quem puenerit ex radijs iceptionis secte efficiet quod  
promisit ipse planeta cuius est radius in inicio secte. ¶ De qualitate aut sci  
entie signoz pfectionis ad loca quoz memoriaz premisim<sup>o</sup> in oibus annis  
narrabim<sup>o</sup> in loco sibi congruente si deus voluerit: et quia deo auxiliante pe  
gim<sup>o</sup> id quod exponere voluimus pficiamus primam differentiaz ipso fauente.

¶ Differentia secunda.

**I**ndicemus in hac differentia forti<sup>o</sup> signoz triplicitatum signi  
cantium prolixitate tempoz et breuitate eoz cum sint veluti colu  
ne vel sustentamenta vel reme ad hoc quod volum<sup>o</sup> tractare de  
scia qualitates rez quarum memoriam premisimus. ¶ Dicamus  
itaque quia cum ceciderit coniunctio in triplicitate ignea signabit  
hoc fortitudinem civium orientis et fortius signum signis eius est  
sagittari<sup>o</sup>. Mediocre vero leo: et debilius aries: et cum fuerit  
hoc in triplicitate terrea significabit hoc fortitudinem civium occidentis: et forti<sup>o</sup>  
signum signis eius est capricorn<sup>o</sup>: et mediocre virgo: debilius vero taurus. Et  
cum fuerit in triplicitate aerea signabit fortitudinem civium partis septentrionalis: et forti<sup>o</sup>  
signis eius est: mediocre ♋ et debili<sup>o</sup> ♌. et si fuerit per hoc in triplicitate aqua  
tica significat fortitudinem civium partis meridiane fortius signis eius piscis  
et mediocre scorpio: debili<sup>o</sup> autem cancer: et hoc fit propter fortitudinem illoz duo  
rum signoz. ¶ De tpe aut apparitionis significationis triplicitatis ignee ad  
tres coniunctiones scz post reuersionem coniunctionis ad signum triplicitatis ad quod  
mutata est coniunctio. In triplicitate aerea et terrea ad .4. coniunctiones. ¶ Ac  
cidit quoque ut sit mutatio ex parte vniuersitatis significationum mutationis  
ad triplicitatem igneam secundum hunc ordinem post .9. coniunctiones ab hora mutatio  
In aeris quoque et terrenis post .8. coniunctiones et in triplicitate aquatica  
post .6. coniunctiones. ¶ Triplicitates autem in quibus accidit coniunctio signi  
ficatas longitudinem vite regum sunt ipse in quibus fuerit saturno testimonium. ¶ Si  
gnificat quoque fortitudo civium partium in hora mutatiois coniunctionis a tripli  
citate in triplicitate ex parte domini planetarum super ascensiones coniunctionum et loca ea  
rum. Si enim fuerit domini saturni signabit hoc fortitudinem climatium civium primi: dein  
de succedunt h ceteri planete secundum ordinem circuloz et clima primum secundum ordi  
nem numeri donec veniatur ad vltimum eorum. ¶ Quantitas autem vite  
eorum in triplicitate ignea est brevis temporis nisi sit coniunctio in sagitta  
rio: erit autem hac significator longitudinis temporum eorum. In vtrisque  
vero eoz coniunctionibus arietis scz et leonis erunt spacia temporum eorum  
in eis secundum quantitatem temporis vnius coniunctionis: et in coniunctione sagitta  
rii signabit tempus duarum coniunctionum preter quod attinet ioui in hoc in  
augmentatione. In triplicitate autem terrea vite eorum prolixior et melius  
in hoc est capricornus. ¶ Et quocienscumque surrexerit aliquis surgens in an  
no scz coniunctionis capricorni et fuerit hoc cum aspectu saturni et iouis si  
gnificabunt spacia temporum duarum coniunctionum preter quod attinet saturno



z ioui: in hoc de augmentatione saturni. Et si fuerit coniunctio in thatt/  
ro dum surrexerit sigt tempus vnius coiunctionis. Si aut fuerit tunc luna  
z venus i optimis locis augebunt ipsa tempora. Si vo fuerit coiunctio i vir/  
gine z testificati sunt saturnus z iupiter significabit hoc tempus vnius con/  
iunctionis. ¶ Et si fuerit coiunctio in triplicitate aerea sigt prolixitate tem/  
poris eoz: z maxie si fuerit saturno z ioui testimoniu p pntiam sez eorum in  
angulis vel vnius eoz: fueritq; pulsator ex eis in angulo si eni ita fuerit res  
sigbit hoc tempus vni<sup>o</sup> coiunctionis z dimidij: z si surrexerit in anno coiun/  
ctionis geminoz significabit hoc tempus duaru coiunctionu preter quod  
attinet saturno z ioui de augmentatione propter testimoniu eoz supra ipsa  
tempora Et si fuerit coniunctio in libra sez duz surrexerit sigt q; quantitas te/  
porz sit fm quantitate numeri qui est inf iouem z saturnum aut fm quanti/  
tatem annoz eoz. ¶ Et si fuerit eleuatio eius in reuolutione anni coiunctio  
nis aquarij: habueritq; saturnus i eo testimoniu significabit hoc temp<sup>o</sup> triu  
coiunctionu z si iteru reuerfa fuerit coiunctio ad aquariu fueritq; saturno  
in eodem testimonium in prima vite significabit hoc tempus sex coniun/  
ctionum eritq; res in hoc fm q; narrabimus vsq; i hora destructionis testi/  
monij saturni z iouis. ¶ Timeat quoq; multociens i pfectione vnius cuiusq;  
coiunctionis donec traseat de annis fm q; est inter horam coiunctionis z ei<sup>o</sup>  
ascendes ad vnum quodq; signu annu vnu. Cumq; traserit hoc pficiet vna  
coiunctio. ¶ Et multociens oportet vt exerceat hec dispositio in omni anno  
cuius tempus fuerit plus vna coiunctione. Et cum deciderit coiunctio i hac  
triplicitate z testificati fuerint saturnus z iupiter sigbit hoc prolixitate tps  
nisi coiunctio fuerit i libra: z sigbit hoc velocitate mutationis z annullatio  
nis: z sistr erit sigtio cum fuerit coiunctio in capricorno. ¶ Et si fuerit coiun/  
ctio i cancro z eius triplicitate erit ita q; p memorauim<sup>o</sup> de longitudine te/  
porz pter q; meliora signis aquaticis sunt scorpio z piscis: quia sunt domus  
planetaru altioz eo q; signa altiozu sint magis significantia longitudinez  
tempoz q; signa planetaru inferiorz. ¶ Signat quoq; aliquado quantitas  
vite ex tempore mutationis quartaru que exposuimus in differetia prima.  
¶ Sciencia aut qualitatis quorudā vniuersaliu ex significationibus triplici/  
tatu est: quia cum mutatio fuerit in triplicitate ignea vel aerea sigt appari/  
tionē. i. exaltationē diuitum z regum atq; nobiliu q; magnatum z sapien/  
tum z sublimitatem ciuium harum generationum. Si vo fuerit mutatio in  
aquaticis atq; terreis sigt vulgi z mediocriu hominum equalitatem eoz  
cum regibus in ordine. ¶ Et quia iam peregrinus ad quod narrare volui/  
mus explicemus differetia secundā dono dei z eius auxilio zc.

Differetia tertia i scia coiunctionu significantiu ntitates pphetaz z vio/  
lentū sez q; principant z mores eoz signa q; que fiunt in eis z signa p/  
phetie eoz z quando apparebūt z vbi z quantitates annoz eoz.





**F** Quia iam premisimus in differentia secunda quod debuit pre-  
mitti de qualitate scie signi fortioris signis triplicitatū et quā-  
do citate apparitionis significationis eorum. Nunc narremus  
in hac differentia mutationes coniunctionū significantiū na-  
tiuitates prophetarū qui eleuantur ad hoc ut sint reges violen-  
tum et reliquū esse eorum. ¶ Dicamusque quādo mutantur coniun-  
ctiones a triplicitate in triplicitatē et fuit aliquis planetarū trium superiorū  
in nono vel in tercio ab ascendente eiusdem coniunctionis significantis appa-  
ritionē eorum et maxime saturnus significabit hoc natiuitates prophetarum  
Si autē fuerint diuisiones ascendentis aut iouis aut lune in signis cōibus  
significat natiuitates eorum sicut in secūda coniunctione eiusdem coniunctionis  
vel tpe profectionis orbi secūdi ab ascendente cōiunctionis. ¶ Scia autē  
morū eorum accipitur ab esse lune in reuolutione anni significantis natiuita-  
tes eorum. Que si fuerit in suo ornatu. i. sua dignitate vel in suo hayz signi hōne-  
ratē morum eorum. ¶ Si vero fuerit econtrario huic significat econuerso.  
¶ Scia quoque notarū siue signorum que fuerint in corporibus eorum utpote cica-  
trices et macule et his similia accipit a loco partis fortune. Quod si fuerit in an-  
no significante natiuitates eorum in diuisione dextera signi hoc quod ipsa signa  
vel macule erūt in latere eorum dextro. Si vero fuerit in diuisione sinistra erūt  
in latere sinistro. ¶ Aspiciet etiā sepe presentia eius in signis circuli: si fue-  
rit in gradibus ascendentis super terram significat quod ipsa signa et macule erūt  
in finibus eorum in parte dextera. Et si fuerit in gradibus qui sūt sub terra erit in  
latere sinistro. ¶ Et si fuerit in secundo ab ascendente erit in ore eorum vel la-  
bijs eorum sinistris aut faciebus eorum. ¶ Et si fuerit in tercio erit in brachijs.  
¶ Et si fuerit in quinto erit versus anchas eorum sinistras. ¶ Et si fuerit in se-  
pto erit in cruribus vel coxis eorum et in pedibus eorum sinistris. ¶ Rursum si fue-  
rit in septimo in gradibus eorum qui sunt super terram significabit quod ipse note sunt in  
latere dextro. ¶ Si vero fuerit in gradibus qui sunt sub terra erit in latere eorum  
sinistro. ¶ Si vero fuerit in octauo erit in lateribus eorum in hoc quod succedit an-  
chas eorum dextris. ¶ Et si fuerit in nono erit in lateribus eorum dextris: aut in pe-  
toribus vel in scapulis. ¶ Et si fuerit in decimo erit in lateribus eorum dextris. ¶ Et  
si fuerit in undecimo erit versus anchas eorum dextris. ¶ Si vero in duodecimo  
erit in cruribus vel in pedibus dextris. ¶ Accipiunt quoque loca signorum que fiunt in  
eis alio modo: hoc est ut accipias ascendēs coniunctionis significantis nati-  
uitates eorum si fuerit masculinū: eorum note erunt in parte dextera: et erit qua-  
litas coloris eorum trahēs ad rubedinē vel albedinē. Si vero fuerit femininū  
erunt note eorum in posteribus eorum in parte sinistra: et erit qualitas colo-  
ris eorum declinans ad nigredinē vel viriditatem. ¶ Accipiunt quoque mul-  
tociens ipsa loca signorum vel macularum in corporibus eorum a parte ex-  
ceptabilis extracta a dño hōre in solem super quem augentur gradus ascen-



dentis et projicitur ab eo: et quo pervenerit ex signis erit nota in membro eiusdem signi in quo ceciderit pars secundum ordinem significationum signorum super membra  
**¶** Scia autem signorum prophetie eorum accipitur ab almutez super ascendens natiuitatis eorum: si fuerit almutez super hoc saturnus significabit quod ostendit res difficiles et admirabiles. Et si fuerit iupiter significabit quod ostensio eorum sit religio. Et si fuerit Mars precipient homines exercere bella et pugnare super hoc. Et si fuerit aliquod luminarium et fuerit in loco laudabili ab ascendente significabit satisfactionem earum predicationum et obedientiam eorum que proferantur per vim miraculorum et apparitionem eorum. **¶** Si autem tunc fuerint loca eorum optima et fortius ad hoc: et maxime si fuerit significans super hanc rem luna in loco scilicet separationis eius a nodo coniunctionis quia ita significabit certitudinem eorum que narrauimus: et erunt de his qui hereditabunt sapientiam in iuuentute eorum. Et similiter cum separata fuerit luna a nodo coniunctionis et iuncta fuerit planete qui eam recipiat significabit quod eorum loquela et predicatio sunt recepta.  
**¶** Scientia quoque temporis quo apparebunt accipitur ab ascendente coniunctionis et a loco coniunctionis que signat apparitionem eorum. Si fuerit ascendens aliqua domorum planetarum altiorum vel exaltationum aut domus lune et fuerit saturnus in angulo per humerum vel equationem erit directio ab ascendente coniunctionis in locum coniunctionis ad unum quodque signum annum unum. Si vero non fuerit ascendens unum eorum que diximus erit directio a coniunctione in ascendens coniunctionis ad unum quodque signum unum annum nisi sit signum commune: quia hoc significat quod natiuitas eorum erit in hora reuersionis orbis ad ascendens: eritque apparitio eorum tempore reuersionis coniunctionis ad signum in quo fuerit coniunctio tempore natiuitatis eorum et fortassis erit in sequenti coniunctione eiusdem coniunctionis quemadmodum supra diximus. Et erit quantitas annorum eorum equalis tempore quod fuit inter horam natiuitatis et horam apparitionis eorum: et erit exitus eorum de ciuitate signi in quo ceciderit coniunctio: actus quoque eorum erunt in ciuitatibus signorum eorum que sunt in quantitate ascensionis coniunctionis: eritque dies spacii regni eorum secundum quantitatem annorum minorum domini signi ciuitatis in qua apparebunt actus eorum et erunt flagella eorum tempore destructionis domini eiusdem signi: et maxime si fuerit hoc in aliquo angulorum signorum in quibus apparuerit actus eorum. Cuius rei exemplar est. Quia cum mutaretur coniunctio a triplicitate aquatica in triplicitatem igneam fuit hora natiuitatis ala alaus albasin in anno. 17. hore coniunctionis: et hoc ideo fuit quia ascendens coniunctionis fuit leo: et coniunctio fuit in sagittario in signo communi et nisi esset conuoluta esset natiuitas secundum quod erat inter ascendens coniunctionis et locum eius ex numero qui sunt. 5. anni. Cumque esset commune eis scilicet orbis et peruenit hoc ad. 17. annos. Cumque reuertetur coniunctio ad sagittarium et perambularet triplicitatem apparuit ipse natus et erat



cius vel homo. 43. annorum ex quibus tres fuerunt pfectiones coniuncti  
onis sagittarij. 7. 20. anni fuerunt coniunctionis leonis. Ceteri quoq. 20. an  
ni fuerunt coniunctionis arietis. Quicq. rediret coniunctio ad sagittariū ex  
iuit de ciuitate ascedem que interpretat̄ salutis siue salutationis. Cuius si  
gnificator est sagittarius qui est signū coniunctionis fuitq. apparitio eius  
actus in regionibus quadrantis ascendentis qui est scorpio. Zucunē. s. al  
hesera. 7. fuit spaciū fm quantitātē minorū annoꝝ dñi signi ciuitatis qui est  
mars. 15. scz anni. fuit quoq. flagellū eius tēpore combustionis dñi signi  
qui est mars in leone qđ est vnus angulorum signi ciuitatē in qua apparuit  
actus eius 7. qz iam peragimus quod exponere volumus explicemus dñam  
terciam dono dei 7. eius auxilio.

Dña quarta in scia decretorum eorum 7. legū 7. indumentoz  
siue equitaturarum.

**N**Arremus in hac dña decreta 7. leges indumentaz equitatu  
ras atq. nauemū ciuium secte ad quos mutat̄ vis vel vicissi  
tudo. ¶ Dicamus quoq. quia cum iupiter per naturā signifi  
cet fidem 7. diuersitates legum In temporibus 7. vicibus atq.  
sectis ex complexionibus saturni 7. ex complexionibus cete  
roz planetarū cum eo scz ioue: necesse est vt aspiciamus iouē  
qui si fuerit in loco fidei ab ascendente coniunctionis que significauit mu  
tationē: 7. alubtez sup locū fidei fuerit ei cōplexus erit narratio in hoc fm  
ipsum. ¶ Si fuerit complexus saturno significabit qđ fides ciuium eiusdem  
sit iudaica qđ congruit planete saturni eo qđ omnes planete iungūtur ei:  
7. ipse nemini illoꝝ iungitur. Et similiter iudaica fides: omnes ciues cete  
rarum confitentur ei: 7. ipsa nulli confitetur 7. erit magis exercitium eorum  
in hoc qđ congruit huic fidei 7. qđ sile ei fuerit. ¶ Et si complexus ei fuerit ♃  
significat culturam igneaz 7. fidem paganā. ¶ Et si complexus ei fuerit sol  
significat culturaz stellarum 7. ydolorum. ¶ Et si complexa ei fuerit venus  
significat fidem vnitatis et mundam vt fidem sarracenorum et ei similem.  
¶ Et si complexus ei fuerit mercurius significat fidem cristianā 7. omnem  
fidem in qua fuerit occultatio 7. grauitas 7. labor. ¶ Et si complexa fuerit  
ei luna significat dubitationē ac volutionē 7. mutationē ac expoliationem  
a fide: 7. hoc propter velocitatē corruptionis lune 7. celeritatē motus eiꝝ 7.  
paucitatē moꝝ eius in signo. ¶ Accipit quoq. scia huius rei aliquā ex parte  
nature dñi ascendentis coniunctionis. ¶ Si fuerit saturnꝝ laborem ciuium  
eiusdem secte. Et si fuerit iupiter erunt religiosi cultores vnitatis. Et si



fuerit mars erunt auctores peregrinationū effundentes sanguinem ⁊ patte  
humilitatis ⁊ commiscentes se adinuicem. Et si fuerit sol erit habitu  
vestimenti venusti. Et si fuerit ven⁹ erunt diligentes ludos ⁊ delectationes  
atq; voluptates. Et si fuerit mercurius erūt sapientes exercentes disputa-  
tiones ⁊ contentiones. Et si fuerit luna erūt qualitates scōm qualitātē pla-  
nete cui cōplectitur luna. ¶ Exercent̄ quoq; hec ex pte regni et est illa que  
accipitur a marte in lunam super quam augent̄ gradus ascendentis profe-  
ctionis significantis mutationē ⁊ proijciē ab eo ⁊ quo puenerit ibi erit pars  
⁊ si ceciderit ab ascendente coniunctionis in nonum vel decimū significat  
hoc culturā dei ab eis in veritate: Et si fuerit in vndecimo vel duodecimo  
significat qd dicunt hoc et nō sciunt. Aspiciē quoq; locus partis ex domib⁹  
planetarum cum mutatio non significauit sectas sed significauit destructi-  
onem fidei ⁊ mutationem eius. Et si fuerit in domibus saturni significat qd  
colet ydola ferrea et his similia. Et si fuerit in domibus iouis colet idola  
aurea. Et si fuerit in domibus martis colet ignem. Et si fuerit in domo so-  
lis colet ydola lignea. Et si fuerit in domibus veneris colet ydola argen-  
tea. Et si fuerit in domibus mercurij colet ecclesias. Et si fuerit in domo lu-  
ne: lunā. Debes quoq; cōmiscere has significationes quas dixim⁹ de mul-  
tis partibus partium ⁊ iudices super fortiozem significationē: ⁊ potentiozē  
ceteris testimonio. ¶ Extrahitur etiam multociens pars regni alio modo.  
hoc est vt accipias a gradu coniunctionis in gradum coniunctionis: ⁊ au-  
gent̄ desuper gradus ascendentis reuolutionis ⁊ proijciē ab eo ⁊ quo per-  
uenerit ibidem erit pars regni. Rursum extrahit̄ pars regni ita vt accipiat̄  
scz a gradu medij celi solis in medium celi reuolutionis in die ac nocte: ⁊  
augent̄ desuper gradus iouis ⁊ proijciē ab eo: ⁊ quo peruenerit ibidez erit  
pars regni. Exercent̄ he tres partes in omnibus reuolutionibus coniu-  
ctionalibus ⁊ iudicat̄ de his fm positionē eorum in circulo et fm aspectus  
fortunarum ⁊ infortunarum ad eas ⁊ dicitur fm qd apparet de hoc.  
¶ Scientia vero indumentorum illoz accipit̄ a planeta qui fuit in deci-  
mo a domino ascendentis tempore mutationis ⁊ coniunctionis. Si autē  
non fuerit in decimo eius planeta accipit̄ dñs decime ascendentis. Si fue-  
rit saturnus significator significat qd maxima pars vestimentorum ciuium  
eiusdem secte erit nigredo uestium scilicet de pilis aspera ⁊ sordida. Et si  
fuerit iupiter erunt vestimenta religiosorum vt lana scilicet ⁊ his similia.  
Et si fuerit mars erunt vestimenta colorata cum rubedine ⁊ pallore. Et si  
fuerit sol erunt vestimenta serica. Et si fuerit venus erunt vestimenta lim-  
pida ⁊ his similia ex vestimentis mulieribus. Et si fuerit mercurius erunt  
vestimenta variata depicta. Et si fuerit luna erūt vestimēta alba ⁊ his similia



**S**cientia quoque equitaturarum eorum accipitur a planeta qui fuerit in quarto a domino ascendente tempore mutationis coniunctionis. Si autem non fuerit in quarto eius planeta dominus quarti ascendente erit significator: quod si fuerit h[ab] sig[na]t quod maxima pars equitaturarum civium eius secte erunt runcini: et si fuerit o[mn]i equi: et si fuerit q[ui] asini: et si fuerit q[ui] cameli: et si fuerit d[omi] boues vel vacce. Et quia iam peregrinamus quod narrare volumus explicemus differentiam quartam primi tractatus: et perficiam[us] tractatum primum auxilio dei et eius adiutorio.

¶ Tractatus secundus in summa de rebus vitium regnorum.

**T**ractatus secundus in summa de rebus vitium et permutationum earum et divisionum et regum successorumque eorum: et sunt octo differentie. ¶ Differentia prima in qualitate scientie permutationis vicis et ad quem conuertentur de populo ad populum. ¶ Differentia secunda in qualitate scientie ad quam partem mutabitur vicissitudo et loca civitatum regum eius. ¶ Differentia tertia in qualitate scientie quantitatis more regis in civibus secte conuerse ad eos et fortitudine et debilitate eorum et numero regum eorum: et quid facient ciues regni ablati ab eis. ¶ Differentia quarta in scientia qualitatis natiuitatis regum civium illius secte sibi detentum indiuiduorum et completionem eorum in divisionibus circularibus apud ascendentia permutationis coniunctionis et triplicitatum: et qualiter scitur illud ex parte natiuitatum eorum et tempus eorum et quantitas cause eorum cum eleuantur. Summe que sunt ex qualitate nature eorum ex parte detentus quorundam indiuiduorum et completionem eorum in divisionibus circularibus et ex parte duarum partium illud significantium et aliorum. ¶ Differentia quinta in qualitate scientie quantitatis more eorum. ¶ Differentia sexta in qualitate cause egritudinum eorum significantis super detrimenta eorum. ¶ Differentia septima in scientia qualitatis detrimenti eorum et diei in quo erit et ad quem conuertet regnum post eos. ¶ Differentia octava in significatione coniunctionis duarum infortunarum in omnibus signis et detentus vtriusque in triplicitates super accidentia inferiora que faciunt suas impressiones et quid eis congruit.

¶ Differentia prima in scientia qualitatis permutationis vicis de populo ad populum et ad quem conuertetur populum.

**P**ostquam igitur premissum in tractatu primo quod oportuit exponi de qualitate scientie rerum prophetarum et decretorum eorum et quod congruit eis. Dicamus ergo in hoc tractatu secundo qualitatem scientie vitium et regum: et incipiamus in hac differentia in qualitate scientie permutationis vicis de populo ad quem conuertetur eo quod ordo regum sit sequens ordinem





prophetarū: dicam<sup>9</sup> itaq; per necessaria in adinventione scientie illius sicut  
iam declarauim<sup>9</sup> in differentia prima primi tractat<sup>9</sup>. Scientia ascendentū  
inceptionū aliamarech in quibus fuit iniciū vicis: et scientia ascendentū  
coniunctionum in quibus accidit illa vicissitudo: et scientia annorum ascen-  
dentium et quartarū vt dirigatur vnicuiq; rei de loco suo: et dicatur fm com-  
plexionem eorum: et vbi fuerit permutatio vic<sup>9</sup> de populo ad populum: de  
secta ad sectam apud fidem reuolutionis: et qñ ceciderit ascendens prime  
secte vel vicis in triplicitatem ascendentis mutationis coniunctionis de tri-  
plicitate in triplicitatez aut in sextilitatem eius aut in angulum angulorum  
eius. Nam si res fuerit fm q; narrauimus significat vicis regni permutati-  
onem et apparitionez ciuium gentis super quam significauit permutatio al-  
mamari: et conuersio vicis regni ad eos in eis. Lūq; fuerit reuolutio permu-  
tationum vicis regni: considera ad quod signum peruenit annus cum per-  
mutatur coniunctio de triplicitate in triplicitatem et signum in quo coniun-  
guntur. Nam hoc gentes et partes eorum ad quos permutatur regni vicissi-  
tudo protendit: et signū ad quod peruenit annus ab ascendente none con-  
iunctionis significat causam eius per quod mutatur vicissitudo. Nam si fu-  
erit eius peruentio ad nonum aut tercium: hoc quidem erit causa fidei: pre-  
sertim si fuerit dominus domus coniunctionis in illo signo: aut si puenerit  
ad alia q; supradicta loca: iste quippe res habebunt se in illo fm loci signifi-  
cationez: et erunt tutores eorum a parte in qua fuerit ☿ ex parte ☉: si fuerit  
orientalis erunt orientales vel meridionales: et si fuerit occidentalis erunt  
occidentales aut septentrionales. Quod si fuerit ☿ cum hoc in angulis reci-  
piens coniunctionem festinabit illud super quod significat et ipsum accele-  
rabit: et si fuerit remotus significationez suam differet vel tardabit. Et si fu-  
erit in sexto: tutores eorum ex seruis fore et infimis significat. Et si fuerit in  
triplicitate signi coniunctionis erit de curia surgentis vel eleuantis. ¶ Et si  
fuerit ☿ cadens significat eos fuisse abiectos et ipsos consecutos fuisse regnū  
Et si fuerit in angulo significat eos potētes fuisse et regales: et ipsos per vim  
consecutos fuisse regnum. Quod si aspexerit coniunctionez ex quadratura im-  
pediet illud militibus regis et seruientibus ei et domui regni sui: et fm quan-  
titatem loci aspectus et fortitudinez eius erit eius nocumentum: et precipue  
si fuerit ☿ in quarta coniunctionis. Et oportet vt scias profectionem anni  
cum permutatur coniunctio de triplicitate ad triplicitatez. Si enim venerit  
annus ad aliquē ex angulis ascendentis secte et fuerit ascendens anni fixū  
significat constantiam vicis regni vsq; ad horam complementi reuolutōis  
presertim si fuerit annus ad domum planete almustrali sup esse gentis qui  
est dominus coniunctōis et significator vicis regni et secte eorum: nisi forte



cadat contrarietas in regno ab hora permutationis ⁊ coniunctionis et tri-  
plicitate in triplicitatem: ⁊ multiplicentur guerre in extremis: ⁊ remoueat  
eorum bonum apud coniunctiones super quam triplicitas significat finem  
p̄missum. Et quando fuerit H in hora coniunctionis trāsiens super Z signi-  
ficat q̄ alterationes que fient in illa hora erunt per ensem et iniusticiam: et  
si fuerit trāsiens Z super H significat q̄ ille alterationes fient per iusticias  
⁊ equitatem. ¶ Et si fuerit dominus termini coniunctionis aut oppositiōis  
facte ante introitum anni coniunctionis aut ante reuolutionem annorum  
aut quartarum infortunatus significat hoc exitum insurgentium in reges:  
⁊ contrariorum eorum in temporibus futuris: ⁊ quando fuerit coniunctio  
eorum in signis conuersiuis significat mutationes cōmunes: ⁊ quando fu-  
erit in fixis significat stabilitatem rei: et q̄d fuerit ex mutationibus redibit  
ad prosperitatem: ⁊ si fuerit in signis duum corporum erit res in illo medi-  
ocri: ⁊ significat apud coniunctionem eorum q̄ q̄ plurimum prosperitatis  
erit in terris et in regionibus Z et destructionis in terris H. ¶ Cum autem  
peruenerit annus ad septimā ab ascendente secte ⁊ fuerit dominus septimi  
infortunatus illud significat descensionem: ⁊ si fuerit infortuna significato-  
gentis ⁊ fuerit descensio ad discidium inter eos erunt ipsi destructores sue  
vici ⁊ discēsiōes in ea: deinde reparabitur esse eorum in illo. ¶ Q̄ si fuerit  
permutatio almamari in aliquo annorum: ⁊ non fuerit ex annis permuta-  
tionem secte significantibus caueat ab ascendente permutationis almamari  
in qua fuit secta cum permutatione secunda. ¶ Et si fuerit permutatio alma-  
mari superioris permutationis regni excusaberis cum ascendente almamari  
primi quoniam permutatio secunda facta est ei inicium: sed permutationis vic-  
⁊ regni in vno populo ex vna generatione ad aliam generationem erit hoc  
cum dominatur reuolutioni ad aliquam quartarum. Cum significauerit  
coniunctio permutationis ⁊ fuerit in signo duum corporum: et ascendens  
similiter significat q̄ mutatio erit quando peruenerit annus cum directiōe  
ad locum coniunctionis: ⁊ si non fuerit in illa hora erit in coniunctione se-  
cunda: ⁊ cum fuerit coniunctio in principio signi: erit permutatio in coniu-  
ctione tertia: et si fuerit in medio eius erit illud in coniunctione secunda: et  
si fuerit illud in fine eius erit illud in coniunctione prima. Et considera iterū  
in partem regni si ceciderit in principijs signorum ciues illius secte interfi-  
cere se adiniuicem significat: ⁊ si ceciderit in medijs eorum significat q̄ re-  
gnum eorum durabit: ⁊ si in finibus eorum ceciderit significat q̄ gentes exi-  
bunt contra eos ex alia secta querentes regnum.



**¶** Et si volueris scire qualitatē gentium ad quas permutabitur vicissitudo considera partem regni cum quo planetarum pulsetur: scias q̄ ipsum regnū permutabitur ad gentes quarū ipse planeta pulsus ab ea significator extiterit vel erit. Postq̄ itaq; explicauim⁹ illud quod exponere volumus. Compleamus igitur amiculo dei differentiam primam.

**¶** Differentia secunda tractatus secundi in qualitate scientie ad quam partem permutabitur vicissitudo ⁊ loca ciuitatum regum eorum.

**¶** **Q**uia iam premiserimus in differentia prima causas vel occasionem facientem permutare vicissitudines ad ciues alterius secte ⁊ permutare eam de gente ad gentes ciuium illius secte. Narremus nunc partes ad quas permutat vicissitudo ⁊ loca ciuitatū in eis existentium. **¶** Scientia vero qualitatis cognitionis qualiter adinueniatur: est vt consideres partem regni cuius rememoracionem in differentia quarta primi tractatus premisimus que si fuerit in parte orientis erit permutatio ad partem illam: ⁊ si fuerit in parte occidentis erit permutatio ad eam: ⁊ si fuerit in angulo terre erit permutatio ad partem septentrionis vt est extremitas terre latinorū: ⁊ si fuerit in medio celi erit permutatio ad partē meridiei: ⁊ si fuerit inter istos angulos proporzionabitur permutatio ad partem que fuerit propinquior vni duorū angulorum quisquis fuerit. **¶** Et si qualitatem scientie locorum ciuitatum eorum scire volueris considera desensum dñi partis regni in circulo qui si fuerit in medio celi erit in medio climatus: ⁊ si fuerit remotus remouentur ciuitates eorum ab illo termino fm q̄ est locus eius ab oriente meridie et occidente ⁊ septentrione aut ciuitates eorum erunt inter hec. i. in illa parte: ⁊ si fuerit signum aquaticum erunt eorum ciuitates super littoza ⁊ super flumina magna. Et oportet vt consideres in reuolutione annorum in quibus acciderit vt aliquis planetarum sit in gradu exaltationis sue: ⁊ diuncta ei nam cū res se habuerit fm hoc significat apparentiaz nature illius planete in toto mundo: precipue si fuerit dñs anni: ⁊ fortasse transportabit habitaciones regum ad climata quarū significator existit. Post igitur iam explicauimus quod exponere volumus: perficiamus itaq; auxiliante deo differentiam secundam secundi tractatus.

**¶** Differentia tertia secundi tractatus qualiter scitur quantitas more vicis in ciuibus secte conuerse ad eos: ⁊ qualiter sciatur fortitudo eorum: necnō ⁊ debilitas eorum: ⁊ numerus regum eorū: ⁊ quid facient ciues regni conuerfi ad eos cum ciuibus regni ablati eis.



**¶** **L** cum sit magnū necessarium vt si consequens ad hoc quod premisimus in differentia secunda de cognitione partium ad quas permutat vicissitudo ⁊ loca suarum qualitatū: ⁊ qualitas scientie illius est vt consideres locū partis regni ab ascendēte



permutationis coniunctionis significantis eorum vicissitudinē. ¶ Si fuerit in angulo et dominus eius in angulo significat moram eorum fore secundum quantitatem temporum reuolutionis magne que est. 960. anni solares. Et si fuerit pars remota ab angulo et dominus eius in angulo fuerit: significat quod mora eorum erit secundum quantitatem reuolutionis medie que est. 240. anni solares. Et si fuerint ambo cadentes ab anglis non aspicientes ambo ascendens significat illud quod mora eorum erit secundum quantitatem ipsorum reuolutionis minoris que est. 20. anni solares: et forsitan addeat mora eorum super ista in triplicitatem de constantia vicis et remotione eius. ¶ Et etiam scientia temporum quantitatis more eorum extrahitur ex alia parte scilicet ut consideres coniunctionem et loca almuttez ex planetis et D tetricunis. Et si fuerint descendentes in angulos significant quod tempora quantitatis more eorum erunt etiam secundum quantitatem temporis diuisionis magne: et si fuerit inter ea que sequentur angulos significant diuisionem medie: et si fuerint remoti ab anglis significant minorem. Et aliquando extrahitur scientia illius ex parte descensus coniunctionis et domini eius ex diuisionibus circularibus. ¶ Si fuerit coniunctio significans vicissitudinem et dominus eius in anglis saluus a nocuentis bonis descensus in circulo non infortunatus tunc hoc significat fortitudinem vicis illius et apparitionem eorum et augmentum et additionem rerum eorum et longitudinem et diuturnitatem temporum eorum more. Et si fuerit coniunctio et dominus eius in anglis infortunij aut in anglis planetarum retrogradantium cadentium: tunc illud significat breuitatem more eorum et remotionem vicis eorum et mortem eorum: et plus apparebunt iste significationes in regionibus quarum signum illius coniunctionis erit significatiuum. ¶ Scientia autem numeri regum eorum erit secundum quantitatem numeri qui est inter partem regni et dominum eius cum planetis qui sunt inter utrumque: et si fuerit quidam planetarum in signo diuini corporum duplicabit numerum illum. ¶ Et aliquando scitur quantitas illius numeri ex parte ascensionum signi partis: aut ex parte annorum positorum domino partis: et erit quantitas illius numeri secundum quod exigit pars et dominus eius ex longitudine temporum more eorum et mediocritate eorum aut breuitate eorum. ¶ Sed scientia illius ex parte reuolutionis minoris ex parte etiam ascensionum signorum erit ex parte reuolutionis medie: ex parte autem annorum planetis tributorum erit: ex parte etiam reuolutionis magne: et additur etiam super illud quod planetis attribuitur ex magnis annis eis attributuris reuolutio eorum parua quando ipse planeta erit reuolutionis dominus et dominus signi profectionis. ¶ Scientia vero qualiter ciues secte conuerse habeant cum ciuibus secte ab eis remote extrahitur ex parte domini partis regni qui si aspiciat significatorem secte prime ex figura fortunata sicut triplicitas et sextilitas saluantur ab horribilibus et si aspexerit ex infortunata figura



ficut quadratura et oppositiōe significat q̄ bella current inter eos et sanguinis effusio: precipue si fuerit ibi ♂ in aliquo angulorum fortitudo: quoniam hoc fortitudinem et vehementiam eius in illo protendit. Et quia deo annuente iam explicauimus q̄d exponere uoluimus: compleamus igitur secundi tractatus differentiam terciam.

¶ Differentia quarta in qualitate scientie de natiuitatibus regum ciuium illius secte secundum descensionem indiuiduorum in ascendente permutationis coniunctionis in triplicitatibus: et qualiter scitur illud ex parte natiuitatum eorum: et quando erit illud: et quantitatem occasionis eorum cum eleuantur: et summe que ex qualitate nature eorum sunt ex parte descensus quorundam indiuiduorum et complexione eorum: et in diuisionibus circularibus ex parte duarum partium illud significantium et aliorum.



¶ Arremus itaq̄ in hac differentia qualiter natiuitates regum ciuium illius secte inueniantur ex parte descensus indiuiduorum que sunt permutationis coniunctionis in triplicitatibus ex parte natiuitatum eorum et tempus illius quancitatis et cetera que determinamus in hac differentia. Dicamus ergo q̄ cum fuerit pars ascendens eius qui nascitur ex gente illorum ad quos permutatur regnum: sicut pars ascendens permutationis almanari: aut partes due luminariuz: et precipue illius cuius est alnaba: aut pars ♄: aut eius ascendens fuerit angulus ex angulis loci significatoris aut aliquorum significatorum cum comunicauerint in significatiōe duo planete: significat regnum eius et esse eius et fortitudinem eius: et hoc erit secundum signum et dominum eius apud permutationes triplicitatis. Et si fuerit eius ascendens signum medij celi et dominus eius fortis orientalis habens in signo dominiuz significat q̄ ipse erit rex famosus et gloriosus et exaltatus et potēs et vincens inimicos et nocens eis et superans multas suorum inimicorum ciuitates et eorum reges. Si uero res fuerit secundum contrarium illius q̄d dixim⁹ erit res secundum q̄ accidit ex parte signi quod erit ascendens in radice aut occasus domini eius et erit sermo in illo secundum quantitatem fortitudinis signi et domini eius: et secundum q̄ planete aspiciunt illud in radice aut debitationis. ¶ Si autem quantitate scientie huius scire uoluris ex parte natiuitatum eorum consideranda ascendētis multorum natorum scilicet illorum qui sunt de parentela regum: si fuerit ☉ in domo sua aut exaltatione aut in medio celi aut in aliquo angulorum et contineatur ei domini ascendentium ex locis fortunatis: et ipsi fuerint recepti et precipue ex aliquo angulorum regnabunt: et si non fuerit ☉ secundum hanc dispositionem et fuerit debilis: considerabis ♄ qui si fuerit secundum



dispositionem quam diximus de ☉ regnabunt etiam: q̄ si fuerit debilis et non fuerit inter ascendentium dominos ☉ et ☽ continuatio: considerabis dominos medij celi: et si fuerit fm dispositionem quam diximus de dominis ascendentium scilicet q̄ continuantur ☉ aut ☽ regnabunt. Et si fuerit ♃ in nocte in parte sue exaltationis significat natiuitatem regum: et presertim si fuerit in medio celi: et cum ♃ conuertitur a nodo et continuatur planete orientali in medio celi aut in numero exaltationis sue significat natiuitates regum: et quando ♃ fuerit in exaltatione planete et ille planeta fuerit in exaltatione ♃ et continetur ei ♃ significat natiuitates regum. ¶ Et quando fuerint stelle fixe habentes quantitatem primam et secundam in gradu ascendentis: aut in gradu medij celi significat natiuitates regum. ¶ Et quando fuerint luminaria industoria planetarum significat natiuitates regum. Et si fuerint due fortune in duobus gradibus exaltationis earum et fuerint in medio celi aut ascendente: et presertim si fuerit altera earum domina partis fortune significant natiuitates regum. Et quando fuerit planeta climatis sicut ☽ indie ☿ babilonie et ♃ thurthie et ☉ grecie vel romanorum et ♀ arabie et ☿ egipti et ♃ assur et dominus medij celi in ascendentibus natiuitatum et continuauerit se domino ascendente et fuerit ipsa in sua exaltatione orientalis: significat q̄ natus imperabit illud clima. ¶ Et cum fuerit dominus medij celi et ♃ et pars fortune fortunati et domini eorum in ornatu suo significat regem magnū. Et quando fuerit luminare maius in medio ascendente ♃ et fuerit ♃ in medio ascendente ☽ aut ☿ significat natiuitates regum. Et quando fuerint luminaria in natiuitatibus in gradu exaltationis eorum et fuerit ♃ in suo ornatu significat natiuitates regum. ¶ Q̄ si volueris scire tempus illius postquam apparuerint significationes et cause quibus regnum consequitur considerabis dominos ascendentium qui si continuantur alicui trium quos prediximus qui sunt ☉ ☽ et dominus medij celi: et fuerit eorum continuatio propinqua: tunc ipsi regnabunt in principijs temporum suorum et quanto fuerit continuatio propinquior tanto velocius regnabunt. Si autem domini ascendentium conuenientur planetis alijs q̄ tribus quos prediximus et non fuerint illi planete continuati ☉ neq̄ ☽ neq̄ dño medij celi erit illud in medietate temporum suorum: et precipue si fuerit inter eos vnus planeta et si fuerit inter eos et ☽ duo planete erit in finibus temporum suorum. Et cum peruenerit directio alicuius eorum ab ascendente natiuitatis sue ad signum ex signis super illud significantibus: et precipue signum medij celi et conueniat ut sit profectio ab ascendente secte ad illud signum significat preceptum ad natum conuerti in illa hora si iam peruenerit ad etatem qua possit eleuari. ¶ Et si volueris scire quis eorum prius regnabit: considera cuius ascendente dominus erit propinquioris continuationis: ipse est qui prius



regnabit: deinde qui prius post ipsum in continuatione Lunę obligauerit  
alicui eorum et non fuerit ascendens obligationis quam obligauerit alijs  
angulorum vicis regnuz eorum significantium non complebitur illud ei.  
**Q**uod si scire volueris tempus annorum quando eleuabitur cōsidera dñm  
partis regni qui si fuerit parti regni iunctus significat illud super comple-  
mentum eius: et si fuerit in quadratura sua significat super senectutem eius  
illud fieri. Et si fuerit in oppositione sua significat super senium eius.  
**Q**uod si scire volueris qualitatem esse eius et nature eius ex parte descensus  
quorundam in diuiduorum et completionem eorum in diuisionibus circula-  
ribus considera partis prime dominum qui est ♄ qui si fuerit recepturus  
saluus a nocumentis et infortunijs et aspexerit eam hoc quidem significat  
prosperum esse surgentis et eius bonum et equum cum prosperitate esse ple-  
bis et bonitate subiectionis eius: et similiter si fuerit ♄ in loco fortunato: sed  
si non fuerit receptus aut fuerit in loco sibi aduerso significat illud crudeli-  
tatem eius: et si fuerit dominus eius destructus significat qd destruet plebē  
suam et eum odio habebit et aggrauabit eos. Et quando fuerit dominus  
eius iunctus in fortitudine in hora ascendentis eleuationē eius significantis  
hoc significat prosperitatem eius esse in exordio rerum suarum et prauum  
finem et destructionē eius. Quod si obsessus fuerit inter fortunam et infortunā  
et fuerit ante eum fortuna et infortuna post eum significat destructionem in  
medio suarum rerum: et prosperitatem in fine earum: et si fuerit dominus sue  
dominus iunctus ei non ab oppositione: plebis obedientiam ei prosperam  
significat: et si fuerit separatus ab eo significat qd ille rex laudabit bonum et  
extollet ipsum et promittet eum cum paucitate complementi eius: et si ab eo  
separatus fuerit apud oppositionem significat illud qd parum sue plebi con-  
fert. Et quando dominus domus ♄ fuerit iunctus ei significat qd apparebit  
fortitudo super plebem suam et ipsum habere de inimicis triumphum: et si  
fuerit ab eo conuersus significat debilitatem eius et fortitudinem inimicorum  
eius super eum. qd si fuerit cum eo in signo et continuatio eius fuerit cum alio  
non cum suo signo: deinde continuetur cum ♄ prius q̄ a suo exiet signo si-  
gnificat multitudinem in eum insurgentium de domo sua: et ipsum ex eis in-  
currere oppressionem: sed de eis triumphum habere. Quod non continuetur  
prius q̄ a suo signo egrediat̄ eum: et erit hoc nocibilis ad hoc: et timendus  
est ei ne regnum et potestas sua auferatur. Et quando dederit vel dominus  
pulsauerit septimi ♄ dispositionem planetis sub radijs destructionem ini-  
micorum suorum per manus alterius ptendit. Quod si fuerit planeta cui da-  
tur exiens de subradijs erit hoc vehementius inimicis licet cum paucitate  
eorum: nisi planeta ille continuetur orientali planete in bono loco. Nam si  
res illa ita se habuerit significat multitudinem earum: quod et inceptio re-  
rum earum erit ex parte orientis exitum dederit dominus septimi saturni  
et ei ex sextili aut trino aspectu significat paucitatem inimicorum eius:



z noluerint euz eo z q̄ indigebūt eo inimici eius z in tranquillitate habe-  
bit eos: z quādo fuerit dom⁹ septimi saturni z dederit ei planeta regimē si-  
gnificat multitudinē contra eū insurgentiū z vinctiū eum cum multitu-  
dine eoz: z q̄ allicient plures ministroz surgentiū: vnde timebit ei moza  
Et quādo fuerit dñs. 7. saturni alterū luminariū aut dñs. 10. significat qd̄  
ipsi insurgētes z litigantes cōtra eū erunt gentes de ciuib⁹ domus sue: z  
quādo fuerit saturnus in reuolutionib⁹ diurnis in sua exaltatione, confide-  
ret iouem signabit q̄ populabit terrā: z vincet inimicos suos. ¶ Et aliquādo  
significat super illud etiā ex parte partis dñi regni: nā si fuerit in triplicitate  
saturni aut sextilitate sua aut aliq̄s eoz receperit dñm suū signat q̄ diliget a  
plebe in illa hora. ¶ Et quādo accipit signatio sup hoc p̄ situm planetarū q̄  
est cū fuerit iupiter super eminens soli aut lune aut ascendens ex signo re-  
gali z precipue si fuerit cōuersiū in reuolutione eleuationē eius significan-  
te signat q̄ aggregabit pecunias z diliget eas: z illud si fuerit duum corporū  
erit ad hoc sollicitior z studiosior super hoc vt cōgreget: z si fuerit ex fixis si-  
gnificat cōstantiā eius z diurnitatē z fortitudinem z famam imperij z diu  
possedere regnū. Et si iupiter fuerit cadens ab aspectu luminariū duorum  
z ascendens erit ille nō proficiens cū breuitate more eius. Et euz fuerit iu-  
piter in reuolutione anni in quo eleuat sub radijs signat q̄ amat congregare  
pecunias z cum hoc si continuat ei mars aut sol erit cū illa congregatione  
dispendēs eas z precipue si fuerit in septimo z cū fuerit iupiter, remotus et  
mars ei continuet signat q̄ disperget pecunias recte z non recte cū vilipendet  
eas: z si fuerit iupiter cū hoc i domo sua signat q̄ expēdet eas in reb⁹ ex qb⁹ vti-  
litas reddit plebi: z cum fuerit iupiter in loco sibi cōueniēti in loco forti ab  
ascendente saluus ab infortunijs signat q̄ congregabit pecunias z q̄ret eas:  
z si fuerit contra signat eoz dispersionē: z cum fuerit mars in bono laudabili  
loco z ipse in domo iouis z iupiter i domo sua: hoc erit significans strēnuū  
tatē eius: z obedientiā ciuiū regni sui z tenebit eos: z bonam habere famā  
z erit potens sup suos inimicos z super terras suas: z precipue si fuerit reuo-  
lutio in die aut sol eum aspiciat ab angulo aut ab aliquo locorum lauda-  
bili. Et similiter quando mars i nocte fuerit in domo sua aut in domo ex-  
altationis sue aut in domo iouis in aspectu eius signat gloriā eius z magnā  
famā z magnā largitatē. ¶ Et si mars iunctus fuerit p̄ti fortune signat q̄ i effu-  
sione sanguinū interfectione proceꝝ delectabit: z q̄ arma z itinera diliget  
nimis. ¶ Quod si caput fortunij iungat in ascendente reuolutionis anni  
eleuationē eius significantis signat eius potentiā z fortitudinē super omnes  
principes z plebem: z cum sol continuauerit in eleuationis eleuationē marti  
z fuerit vacuus cursu non aspiciens saturnū significat cōtra eū insultū mu-  
litum qui fortiter eum destruēt z defraudēt cum multitudine insurgentiū  
z diminutionē suoz extremoz cum vehementi tristitia. Quod si mars cō-



tinuauerit se saturno: signat milites quiescere et ipsos ei obedire: et debilitatem  
insurgentium et paucitatem more eorum presertim si saturnus fuerit mun-  
dus in domo sua: et si sol ioui continuet et nullo aspiciat saturnum aspectu  
significat insurgentium in eum multitudinem precipue de sua plebe et de ho-  
minibus domus sue: et incurret ex hoc merito rancorem. ¶ Quod si iupiter as-  
pexerit saturnum significat illud quietitudinem illius et rerum eius rectificac-  
tionem et insurgentium debilitationem: et quod ipsos vincet et precipue si saturnus  
fuerit mundus in domo sua. Quod si sol continuet saturno signat euasione: et eleua-  
tis: et quod erit fortis et vincet: et presertim significabit hoc cum fuerit mundus  
ab infortunijs: et si sol separet a ioue et continuetur marti: deinde continuet  
saturno priusquam a loco suo in quo fuerit exeat signat quod exhibit aliquis contra  
eum de hominibus domus sue: et de eis qui sunt vel ordine uel dignitate ei  
equales et consequet ex hoc menti rancorem demum superabit eum: et pre-  
sertim si saturnus fuerit fortunatus in domo sua: quod si non continuet sol sa-  
turno priusquam a loco suo in quo fuerit exeat significat multitudinem insurgen-  
tium et oppositionem eius quod eueniet ei ex eis et timorem super regnum  
suum. ¶ Quod si mars a ioue separetur et saturno continuet exit contra eum  
aliquis de ciuibus domus planete qui sibi ascribit et videtur si continuetur  
saturno humiliabitur postea et ei obediet. ¶ Quod si mars a saturno separet  
et ioui continuet significat quod ipse mutabit quosdam domus sue: et ob hoc  
insurgent in eum et nascentur super eum. ¶ Quod si continuet iupiter saturno  
ipse vincet et presertim si fuerit in domo sua mundus: et si cursus iouis eua-  
quatur et saluus fuerit ab infortunijs in lumine sui ipsius exiens sit fortis et  
esse eius corrobora et cum fuerit aliquis planetarum in septimo ab ascendente  
in sua exaltatione significat crudelitatem regi super plebem suam: et esse  
eorum fore malum in tempore eius et si fuerit in septimo in descensu suo eum  
debilem esse significat et plebis esse bonum et fortitudinem eorum protendit  
Et oportet etiam ut consideres decimum ab ascendente et 10. a sole. ¶ Quod si  
fuerit in signis fixis et fortunatus in eis significat illud fortunam eius et bo-  
nitatem et diurnitatem eius et si fuerint planete in his duobus locis in suis ex-  
altationibus: aut fuerint septentrionalis latitudinis addentes in cursu erit  
melius ad hoc: et cum fuerit dominus quarti aut septimi in ascendente aut in me-  
dio celi significat illud quod inimici eius obedient. ¶ Et si fuerit dominus ascen-  
tis aut dominus medij celi in quarto aut septimo signat quod ipse obediet inimicis suis  
Et considera etiam partem regni que si fuerit in termino fortunato signifi-  
cat quod exercet iusticiam: et si fuerit in termino infortunato significat quod exer-  
cet iniusticiam: et si fuerit dominus partis regni separatus a domino do-  
mus sue significat quod disperget substantiam: et si fuerit dominus eius conti-  
nuatus ei significat quod congregabit: et si non aspexerit significat quod non erit  
aliquius qualitatis census apud ipsum neque precij. ¶ Sed qualitas sciencie



nature eius est ex parte duarum partium super illud significantiū in duas domos cadentium vnius planete que sunt vt accipiant in hora eleuationis sue gradus qui sunt a sole vsq; ad .15. gradus leonis et projiciat a luna et quo peruenerit ibi est pars prima: deinde accipiat a luna vsq; ad .15. gradus cancri: et projiciat a sole et quo peruenerit ibi est pars secunda. **Q**uod si ceciderit in duabus domibus saturni significat illud q; vteq; fabrica et fodere canales et flumina et habitationibus et his similibus. Et si ceciderit in duabus domibus iouis: vteq; iudicio et iusticia. Et si ceciderit in duabus martis domibus significat illud q; vteq; bellis et armis. Et si ceciderit in duabus domibus veneris figt illud q; vteq; rebus veneris sicut cantus et ludibria et his similia. Et si ceciderit in duabus domibus mercurij significat q; vteq; consideratione in rebus portatorum et computationis et scientiarū et scripturæ et his similia. Et est necessarium plus vt addat duarum partium significationi significatio significatoris eleuantis q; est vt consideres coniunctionem significantem nouam sectam aut regni vicissitudinem et diuini signi ad quod annus peruenit: et pone primum signatorem huic rei sufficientem: et pone illum qui sequit eum in circulo significatoris eleuantis secūdi scdm partem ordinis dñorum horarum deinde comitare facias significatorem planete significantis super eleuantem duarū partium significationi et annuente deo loquere fm ipsum: verbi gratia de hoc: annus in quo fuit coniunctio sectas significans ad geminos peruenit et fuit significator mercurius dñs signi projectionis q; est gemini et signator alubeluri luna que sequit mercuriū in ordine et fm hanc partem fuit dispositio in illo quoq; peruenit ad buhabem et fuit significator luna deinde operaberis hoc idem fm hunc modum in futuro. Et quia auxiliante deo explicauimus q; exponere voluimus differentiam itaq; quartam compleamus.

Differentia gnta tractatus secūdi in qualitate scie more eoz.



**S**icut q; scientie qualiter extrahat eorum mora consideratio diuidit in duas diuisiones quarum vna est ex parte reuolutionū annoz mundi et secunda est ex parte eleuationis eorum. Consideratio aut ex parte annoz mundi et cōiunctionū est vt consideres reuolutionē anni mundi in quo eleuauit se eleuans: deinde considera saturnum q; si fuerit in domo sua tunc scia quantitatis vite eleuantis extrahit a quoc; locis. quoz vnus est q; est inter saturnū et ascendens ex quantitate numeri graduū oib; .30. gradib; annū et secūdu scdm q; est in ascendens cōiunctionis vsq; ad locū cōiunctionis ex quantitate numeri graduū: et gnt vsq; ad cōplementū illi cōiunctionis. Et si fuerit saturnus in aliq; domoz suarū: et iam trāsserit quoc; gradus vsq; ad cōplementū. .15. graduū timebit super eū



in duabus horis quarum vna erit annus in qua fuerit cōiunctio: et secūda  
fm quātitatē eius q̄ est inter ascēdens cōiunctionis vsq; ad locū cōiūctio-  
nis vnicuiq; signo annū: et habebit duas horas etiā quarū vna est peruētio  
eius ad ānnos cōiūctionis q̄ sunt. 20. anni: et secūda est peruētio eius ad  
etatā secte que habet. 125. annos: et scit̄ q̄ illud erit ex profectioe ascen-  
dentis reuolutionis vnicuiq; signo annus vsq; ad angulos cōiunctionis:  
aut triplicitatū eius: aut cū peruenerit reuolutio ad infortunas: aut ad an-  
gulos eoz. Et si fuerit saturn⁹ in domo aliqua suarū sicut p̄dixim⁹: et fuerit  
in vno minuto usq; ad. 5. gradus cōpletos aut. 15. vsq; 30. gradus cōple-  
tos: hoc quidē figt̄ breuitatē t̄pis eleuātis. ¶ Et scia hore illius extrahit̄ ex  
quantitate eius q̄ perambulauit in signo et quantitate residui vt ponat̄ vni-  
cuiq; gradui annus et oibus. 5. minutis mensis et oibus. 12. sc̄dis vnus di-  
es: et adiuuabimus cum hoc per profectioē reuolutionis ab anno coniu-  
ctionis vsq; ad angulos infortunarum vnicuiq; signo annus. Et cōsidera  
si fuerit saturnus in domo planetarū superiorū et ipse et dñs domus sue fue-  
rit in aliquo angulo cōputa a dño domus sue ad eū per gradus equales  
omnibus. 30. gradibus annū: et omnib⁹ duobus gradibus et dimidio mē-  
sem et oibus. 5. minutis diē: et q̄ aggregat̄ ex hoc ipsum est quātitas vite. q̄  
si fuerit saturn⁹ et dñs eius in hoc quod sequit̄ angulos accipiat̄ a dño do-  
mus sue vsq; ad eum et fiat sicut p̄rius factum est. Et si fuerit aliquis illorū  
in angulo: aut in eo qui sequit̄ angulū: et alius remotus computē ab eo q̄  
est in angulo vsq; ad remotum ab angulo et sciat̄ hora fm q̄ premisimus.  
q̄ si fuerit inter saturnum et dñm domus eius minus. 30. gradibus pones  
vnicuiq; gradui mensem: et omnibus duobus minutis diem. Nam fm quā-  
titatem istius erit quātitas more. Et si fuerit inter eos plus. 30. minuāt̄ il-  
lud ex. 360. gradibus: et quod remanserit post diminutionē detur vnicuiq;  
gradui mensis et omnibus duobus minutis diem et quod fuerit est quan-  
titas more. ¶ Et si saturnus fuerit in aliqua domorum planetarū inferio-  
rum aut lune et aspererint eum facies. s. dñi domoz eius facies in hoc vt fa-  
ctum est de primo. Quod est vt aspicias de planetis inferiorib⁹ illum q̄ fue-  
rit in angulo vsq; ad planetā in sequenti angulo: et a planeta q̄ fuerit in se-  
quenti angulo vsq; ad planetam ab angulo remotū: et dabis omnibus. 30  
gradibus annū fm quod premisimus in capitulo primo et si nō aspererint  
saturnum minuāt̄ ex gradibus qui sunt inter eos medietas: et accipit̄ omni-  
bus. 30. gradibus ex medietate annus et iuchoat̄ a debiliori loco numera-  
re vsq; ad fortiozem: et si equant̄ in fortitudine locali numerabitur vsq; ad  
illum qui fuerit ex eis in ornatu suo: et si fuerit dominus domus eius ipsū  
recipiens non ascendet super eum: et erit quantitas more vsq; ad horam cō-  
iunctionis: et habet aliam horam que est vt des singulis. 30. gradibus an-  
nū et duob⁹ minutis mensē: si fuerit inter eos minus. 30. et si fuerit plus. 30.



minuat illud de. 360. et operet; cum eo sicut prius operatum est: et quod fuerit ipsum  
erit quantitas vite. ¶ Et si fuerit reuolutio nocturna accipiat a saturno usque  
ad luminare maius et operet cum eo quem admodum prius operatum est: et quic  
quid inde puenit ipsum est quantitas more. Quod si saturnus in his disposi  
tionibus fuerit receptus: et fuerit in signo duorum corporum: duplex tunc illud quod  
ter annis et mensibus et diebus prouenit. Cum autem fuerit saturnus in re  
uolutione anni in quo eleuat: eleuans combustus non complebit eleuans an  
num. Et exerceat illud etiam in ioue et domino eius et dabis omni signo quod  
fuerit inter eos mensem secundum contrarium eius quod fecerit saturno cum ei  
omni signo datus fuerit annus: et aggregabit ei quod exierit de numero quod fue  
rit inter saturnum et dominum eius: et precipue si saturnus et iupiter fuerint in angu  
lis nisi sit saturnus in domo planete inferioris: et dominus eius non aspiciat eum: nam  
tunc neque per iouem neque per dominum eius super aliquid in mora augmenti iudicat  
¶ Et considerabis etiam iouem in hora reuolutionis qui si aspexerit saturnum  
et ipse existens in angulo: aut sequenti angulum male dispositionis addet quantitati  
more. 12. menses aut. 12. dies: aut totidem horas. Cumque fuerit in reuolutione  
anni aliqua duarum infortunarum in. 10. conuertamus annos in menses: et si fuerit  
aliquis eorum in. 11. mora erit longior: et hee significationes in triplicitate cancri for  
tes inueniunt. In reliquis vero triplicitatibus si principius fuerit legis aut regni  
forsitan planete significant de quantitate more secundum quantitatem eius quod interest  
duos signos mensem cum inter eos fuerit. 30. gradus et fortasse planete ex  
parte eleuationis super suos annos de quantitate more signent. ¶ Scia autem quanti  
tatis more eorum ex parte eleuationis eorum adinuenit per longitudinem que fue  
rit inter martem et dominum domus eius in reuolutionibus annorum in quibus se ele  
uabunt quem admodum comparat in saturno et ioue omni signo quod inter eos fuerit  
dando mensem aut annum secundum quantitatem fortitudinis et debilitatis eius. ¶ In  
regibus vero assueti et in his que ex eis eleuantur apud permutationem almanari de  
triplicitate in triplicitate tunc quantitas more eorum ex parte saturni et domini eius et  
iouis et domini eius minime considerat. Maius vero sustentaculum super adinuen  
tionem scie quantitas more eorum est ex parte longitudinis que est inter ascen  
dentes coniunctionis et signum coniunctionis cum signo annus. Nam si transferit  
illud ad oppositionem puenit nisi profectionis puetio oppositionis signo sit per  
pinquior quam coniunctionis signo: erit ergo extractio hore secundum hoc si deo pla  
cuerit: cum autem completa fuerit diuisio considerabis signum ad quod puenit an  
nus: quod cum impeditum fuerit in reuolutione anni cum maiori luminari in  
martis quadratura aut saturni tunc iudicabit in scissio. Quod si euaserit alia ex  
pectat vel querat reuolutio et iudicabit super ipsam destructio cum perue  
nerit reuolutio ad infortunarum quadraturam aut quando destruetur signum ad  
quod peruenit annus de maiori luminari vel de saturno. Quod si unum eorum  
fuerit malum et alterum fuerit bonum egritudines que de his assimilant iudica



bimus. Cū ergo puenerit annus ad signū quod est ascendēs cōiunctionis  
vt ad cōiunctionis locū aut oppositū p̄ profectiōē aut quasdam ei⁹ tripli-  
citates tūc timebiē super eleuatū in illo anno: ⁊ si puenerit ibidem fortuna  
integraliter destruit ⁊ remouet timores quousq; redeat ad eundem locum  
i fortuna i annoꝝ conuersiōe. Infortunū vō est i quadraturā infortunaz  
i reuolutione anni profectiōis ⁊ vsq; ad quadraturā suā i radice secte. aut  
cōiunctionis aut vsq; ad eiusdem cōiunctionis quadraturā. Et cū saturn⁹  
fuerit i domibus suis reuoluat itaq; a loco suo quē admodū sol reuoluit ⁊  
multociens scit illud ex parte alia scz vt consideres reuolutionis anni ascē-  
dens cōiunctionis. Q; si fuerit aliqua domoꝝ saturni aut exaltationis ei⁹  
aut domus lune computeſ ab ascēdēte ad locum cōiunctionis omni signo  
dato anno. Si fuerit saturnus aut luna cum numero: aut cum equatio-  
ne i angulo: ⁊ si ascendēs fuerit aliquod istoꝝ signoz aut alioꝝ ⁊ nō fuerit  
saturnus neq; luna in angulis cōputeſ a cōiunctionis loco vsq; ad ascēdēs  
⁊ si cōiunctionis ascēdēs fuerit in aliqua domoꝝ supioꝝ planetarū: ⁊ fue-  
rit i tercio aut nono: ⁊ p̄cipue si fuerit in aquario si hoc erit nō timebiē sup  
eleuatū cum annus puenerit ad ipsum: ⁊ si fuerit saturnus in domo sua:  
quātitas t̄pis vite eleuati erit cōiunctio: ⁊ si fuerit i domo iouis aut martis  
computeſ a loco saturni vsq; ad dñi sui locum: ⁊ omnibus. 30. gradib⁹ da-  
bis annū. ¶ Cōsiderabis quoq; illud quod est inter partem ascendētis re-  
uolutionis anni quo eleuatus est ⁊ inter partē cōiunctionis minoris dā-  
do omnibus. 30. gradibus annū. Quod si trāserit eos impedimētū vel de-  
trimentū eius erit cum peruenerit p̄fectio ad martis locuz: aut ad gradus  
eius oppositos omni signo annus. ¶ Et multociēs exerceſ hoc ex pte alia  
scz vt cōsideres saturnū qui si fuerit in. 10. aut in. 9. a loco solis q; quantitas  
more eoz erit fm quātitatē annoꝝ solis minor. Q; si fuerint int̄ saturnū ⁊  
inter solem. 35. gradus sigt id quartā annoꝝ eius ⁊ quociēs minuit a quā-  
titate arcus qui est int̄ eum ⁊ saturnū minuit annus vsq; ad complementū  
30. graduū. Quod si fuerit int̄ eum ⁊ saturnū. 65. gradus sigt illud quartaz  
annoꝝ eius: ⁊ quociēs ex illo minuit annus vsq; ad. 60. graduū cōsumatio-  
nē: ⁊ si sup hoc addit nō operabit sup quātitatē more eoz sup partem istaz  
Cū aut saturnus in. 10. fuerit aut in. 11. a sole sigt illud q; fortasse vita eoz  
ptendē quousq; duo cōiungant supiores in parte vna. Cūq; saturn⁹ fuerit  
in angulo reuolutionis anni in quo eleuauit se eleuatus in domo sua: ⁊ in-  
cipiat p̄mutari: aut si sit non fixus in eo est vt sit in principio eius minus. 5.  
gradib⁹ ⁊ in fine eius excesserit. 25. gradus sigt illud q; eleuatus viuet p̄ tā-  
tū t̄pis quātū remāserit saturno i signo suo quē admodū p̄dixim⁹ omni gra-  
dui annus: ⁊ p̄cipue si fuerit capricorn⁹ aut aquari⁹ si aut excedat illud de-  
met itaq; saturni grad⁹ de. 30. ⁊ q; remāserit post est quātitas spacij more.



**Q**uod si saturnus fuerit in 7. a sole in prima signi facie signat hoc quod quantitas morae eius erit annorum solis medietas. Et quando fuerit saturnus in triplicitate eius dextera: et iupiter in 11. ab eo loco signat trium annorum eius quantitas. Quod si saturnus fuerit in 6. ab eo et mars cum eo signat annos eius minores: quod si fuerit saturnus in triplicitate eius sinistra signat quod morae eorum quantitas erit equalis annorum eius quantitati. quod quando fuerit sol continuatus ioui et fuerit in 10. aut. 11. receptus significat quantitate annorum iouis: aut quantitate numeri qui fuit inter solem et infortunam et omni eleuati cui non reperiuntur in reuolutione anni sue eleuationis planetarum situs secundum quod praediximus. Compute hora eorum incisionis secundum quantitate eius quod est inter solem et saturnum aut martem omni signo annus. quod si ab illo euaserit addat ei secundum hanc partem quam incisio significauerit. ¶ Et multociens extrahit eius scia alio modo: scilicet ut consideres in anno in quo eleuatus est eleuatus in hora eleuationis eorum. et computabis a fortiori duorum planetarum aut ab orientali alterius eorum scilicet saturno et ioue usque ad luminare magnum: et a minori quoque luminary usque ad debiliorem alterius eorum et occidentalem omni signo dando annum: deinde aggregabis duos numeros: et qui inde puenerit ipse eleuatus est spacium. Et minus ad hoc cum lumine maius fuerit in sextili aut trino aspectu duobus planetis et secundum hoc iudicium verificabit et complebis numeros duos quos praediximus: et multociens prolongabit vita eorum ex parte coniunctionum in aliquibus triplicitatum signis: et hoc est quod aliquando accidit quod erit quantitas vite. 40. annis et plus: et praesertim infordareth planetarum superiorum: quoniam sol cum fuerit significans super vitas per reuolutionem planetarum quibus comunicat inesse regum plogat spacium et facit transire annos eius minores ad medios vel ad maiores. In reuolutionibus autem veneris et mercurij et lune ipse quidem non plures annis suis minoribus pertendit: et forte addit terciam uel quartam partem donec occurrit ei infortuna: vel continetur cum eo erit in illa hora destructio quoniam ipse non comunicat planetis superioribus in annis suis maioribus: et addat ei omnis planeta ex aspectu eius ad eum secundum quantitate annorum eius minorum prolongabit itaque vita secundum hanc partem. Infordareth autem planetarum inferiorum non significat illud propter hoc quod praemisimus. Et cum saturnus in domibus planetarum aliorum fuerit receptus et aspexerint eum planete aut non aspexerint: signat illud longitudinem vite eleuatis: et si fuerit in domibus inferiorum et aspexerint eum et fuerit receptus signat breuitate vite eorum. ¶ Et multociens extrahit scia qualitate vite eorum ex parte accepta in die a ioue usque ad saturnum et in nocte contrario et proicitur ab ascendente reuolutionis anni in quo eleuatus eleuatus et quo peruenerit illic erit pars: sed si iupiter fuerit in signo duorum corporum: et fuerit reuolutio diurna: et fuerit cadens ab angulis accipiat a saturno usque ad eum et aggreget numero signum unum: et proiciat ab ascendente: et quo puenerit illic est pars. Et si numerus fuerit in nocte et fuerit in angulo accipiat ab eo usque ad sa-



turnū & proyiciat ab ascēdēte: & quo puenit illic est pars: & si saturnus & iu-  
piter fuerint oppositi & ambo cadentes ab ascendente medietē q̄ inter eos  
prouenit: & proyiciat ab ascēdēte. Et si fuerit ♃ i exaltatione sua & reuolu-  
tio fuerit in nocte & computeſ ab eo vsq; ad saturnum & proyiciat ab ascen-  
dente. Deinde considera hora p̄uentionis solis locum. ¶ Et multociens  
accipit quātitas eius q̄ est inter solem & saturnū ex signis & dabis omni si-  
gno annū vsq; ad horam detrimēti. Q̄ si saturn⁹ & iupiter cōsurgunt in lo-  
co partis cōsidera duo luminaria nā cū defunctus fuerit luminare maius  
cum saturno & luminare minus cum marte erit hora detrimenti. Et consi-  
derabis etiā quādō intrabit sol signū p̄fectionis: nā illud magis significat  
sup̄ detrimentū quam pars cum sol peruenerit ad eū hora qua timet. Etiā  
ex anno in quo luna reuoluit i ascēdēte eius: aut in medio celi ab eo apud  
p̄uentionē solis ei⁹ ad signū secūdū ab ascēdēte nisi sit luna in domo sa-  
turni aut i domo tertia ab ascendente & dñs ei⁹ sit saluus a combustione &  
infortunio: tūc ergo detrimētum excedit quātitatē .6. mensium & erit detri-  
mentum apud p̄uentionē solis ad signum ab ascendente & utunt̄ cum hoc  
ascētionibus partis & infortunio partis cōiunctionis & iudicat̄ fm̄ illud. Et  
mul. ocies extrahit̄ quātitas mōre eoz ex descensu duarum partium in re-  
uolutione anni in quo eleuant̄: Sed qualiter sciamus eas facere est vt cōsi-  
deres hora eleuationis eoz signū ad quod puenit annus ille ab ascēden-  
te secte: & signū ad quod puenit annus ex cōiunctione minore: deinde ac-  
cipiat̄ a planeta oriētali ex saturno & ioue vsq; ad gradū p̄fectionis ab ascē-  
dente secte: & addent̄ ei gradus ascendentis reuolutionis & proyiciat̄ ab eo  
& quo puenit illic pars existit prima. Deinde accipiat̄ a planeta occidēta-  
li duorum vsq; ad gradum p̄fectionis ex ascendente cōiunctionis mino-  
ris & addant̄ ei gradus ascendentis reuolutionis & proyiciant̄ ab eo: & quo  
peruenerit illic est pars secunda. Q̄ si fuerit saturnus & iupiter orientales  
aut occidentales incipiat̄ in parte prima & a ioue i secūdo. Deinde compu-  
tent̄ qui sunt inter planetam orientālē & solem & gradus & minuta & multi-  
plicant̄ in .12. & diuidant̄ per illud quod perambulauit planeta oriētalis de  
gradibus & minutis i signo suo: & quod inde puenit est quātitas temporis  
eleuant̄ sc̄z oibus .30. gradibus annus. Quis uolueris scire hoc ex parte se-  
cunda multiplicabis quod est inter solē & planetā occidētales de gradib⁹  
& minutis in .12. diuides per id quod perambulauit planeta occidentalis  
de gradibus & minutis in signo suo: & aggregabis ei gradus ascendentis &  
proyiciant̄ ab ascēdēte & quo puenit computeſ ab illo gradu vsq; ad ptē  
planete eoz qui fuerit occidentalis: & q̄ fuerit ipsuz est eleuantis vita: sicut  
quātitas que dat̄ de oibus .30. gradibus annus. Et iam utunt̄ istis dua-  
bus partibus alio modo qui est propingor rebus esse reguz significantib⁹  
pp̄terea q̄ i eo due partes p̄cipiat̄ q̄ est vt accipiat̄ a pte luminarū maioris



vsq; ad gradum H : et adiungantur ei gradus coniunctionis vtriusq; cum  
permutantur de triplicitate in triplicitatem et proijciantur ab illo signo: et  
quo peruenit illic est pars prima. Secūda vero pars accipitur ex gradu  
Z vsq; in gradus H et adduntur ei gradus coniunctionis vtriusq; quo est  
in illa hora: et proijciuntur ab illo signo: et quo peruenit illic est pars scda.  
Deinde considera quantum distat vnaqueque partium a domino suo: aut  
dominus eius ab ea: vel vnaqueq; earum a S : aut S ab vnaquaq; earum  
et dabis omnibus .30. gradibus eorum annū. Sed multam perscrutationē  
in scientia quantitatis eius quod significāt due partes inuenimus in libro  
duarum partium: cuius quidem iteratio in hoc loco species dispendij repu-  
tatur cum sit nostra intentio colligere illud ad quod intendūt astronomici  
in re duarū partiu: et iudicare fm illud. De temporibus regum non est nisi  
q; intendunt ad partem H primam et Z secundam: et exercerit eas in iudicio  
fm illud qd vtebātur in duabus quas prediximus. ¶ Sed scientia quanti-  
tatis vite eorū ex parte diuisionis secunde que est ab hora eleuationis eorū  
consideratur ex ascendēte et ex medio celi extrahitur alhileg et alcodhodeli  
sicut fit in natiuitatibus: deinde diriges gradū ascendētis ad corpus eius  
et medium celi ad regnum eius: et eorum circumuolue reuolutiones simul  
ambas. Cūq; peruenerit orbis et reuolutio eorum ambo ad infortunatū  
iudicatur destructio: et cum fuerit destructio alterius eorum sine alio iudi-  
cabitur fm illum destructio. ¶ Si peruenerit ascendētis gradus ad infor-  
tunium et fuerit infortunatus nimis iudicabitur fm illud destructio et si fu-  
erit minus iudicabitur ei egritudo: et si directio fuerit bona a gradu medij  
celi: et destructio fuerit ex parte directionis eorum sine ascendente iudica-  
bitur super regni destructio: et si destructio fuerit ab eis duobus iudicatur  
destructio vtriusq; et testificatur super hoc per ascendens secte et ascendēs  
cōiunctionis et aduentum orbium et directionum quadrature infortunarū  
in illis locis: et forsitan accidit illud quod significat annuscum directio de  
signo profectionis ascendētis peruenit ad quadraturam illius significa-  
tionis aut ad locū significatoris aut ad illud quod est inter eos de gradib;  
et considerabis in anno in quo eleuauit se ad quod signū peruenit diuisio  
de termino et gradu et vtrum in illo termino fuerit radius planete in radice  
aut cōiunctioe que fuit in anno in quo fuit vicis regni ex ordium et an con-  
tingeret ei quarta de quartis aut non contingeret: deinde considera dñm  
profectionis in illo anno et dominum diuisionis prime vsq; ad gradum di-  
rectionis quantum distent inter se et radios infortunarum et iudicabitur fm  
illud. ¶ Et quia auxiliante deo iam declarauim<sup>9</sup> quod exponere voluim<sup>9</sup>  
compleamus itaq; differentiam quintam tractatus secundi.  
¶ Differentia sexta in qualitate scientie egritudinum eorum significantium  
super detrimenta eorum.

L





